

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber sextus, De poenis peccati

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

ginali, non posse intelligi defecunda natiuitate, quum exiuit ab utero: sed de priore natiuitate, quum corpus incipit formari, ante quam infundatur anima: quomodo Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

XVI. Sed hæc solutiones sunt inutiles: primo, quia vnum solum locum attingunt: quum tamen multo plures sint recitati. Secundo ad priorem, concedo verba illa esse Bosonis interrogantis. At nego esse obiectionem: sed quæstionem enucleandam. Audi: Sicut eorum que supra dicta sunt, rationem aperuisti: sic peto ut eorum que sum quis siturus, rationem ostendas. Primum scilicet, qualiter de massa peccatrice, & humano genere, quod totum infectum erat peccato, hominem sine peccato, quasi azymum de fermentato Deus assumpsit. Non ergo obiectio est, impugnans aliquid ab Anselmo dictum, sed quæstio ut ratio reddatur quæstionis, quæ ponitur pro certa. Itaque fallum ab Anselmo solui: sed verum explicari. Quæ autem verba Gerardus citat: imo non citat, sed indicat, & quidem fidelitica: ea pertinent ad obiectionem, quæ postea facta est. Placeret mihi multum quod dicit, inquit Boso, nisi cum ipse debeat à seipso habere munditiam à peccato: videtur eam habere à matre: & per se mundus non esse, sed per illam. Tum non ita est, Anselmus ait: sed quoniam matris munditia, per quam mundus est, non fuit nisi ab illo: ipse quoque per se ipsum, & à se mundus fuit. Ita Anselmus. Sed Iesuitæ miscent omnia: si quæ possint euadere, si quo modo possint imposturam facere. Et quid tergiversatur, quum libro de Conceptu Virginis eadem occurrit phrasis, non iam Bosonis, qui nullum tum loquitur, sed ipsius Anselmi scribentis ad Bolognam.

XVII. En tibi vero in secunda solutione *εγωιστος*. Non tantum gemina cõceptio, vna feminis, altera animationis, quam à Bellarmino, imo à Scholasticis veteribus, iam pridem audieramus, sed & natiuitatē duplicem ante animationem, alteram ab utero egressu. Et neget quisquam multum debere Iesuitis tantorum mysteriorum autoribus. Nimirum oportuit. *Να εἶδος θεοῦ εἴη ὁ υἱοῦ, πῶς ὁ υἱοῦ ἑσθαιεῖ*. Pergite vero, Iesuitæ, & monstra monstris cumu-

late. Atqui Anselmus distincte agit de conceptione, & Natiuitate, & pene verba mutuatus à Dauide. *In peccatis concepit eam mater eius, & cum originali peccato nata est*. Ludant Lololita pro arbitrio: at sani homines auidiam contemnent. Nam quod ex t. Marthæi natum citat, ridiculum est. Quid enim nostra, si vertendo nugatus est interpres, potius quam serio egi? Quamquam ne ille quidem tam indulsit nugis, ut natiuitatem in utero distingueret ab animatione, aut conceptione, nimirum, ut ne nihil haberent Iesuitæ, in quo suam excernerent solertiam.

XVIII. Desino, in Ioanne de Turrecremata in Canonem *Firmissime*, de Consec. dist. 4. *Plane verum dicit hic clarissimus Doctor* (Bonauentura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Doctor singularissimus, qui pro sui excellentia & deuotione dictus Seraphicus Doctor) *quod hæc* (sententia de Virginis Originali peccato) *communior sit inter Doctores, qui clarissimi in Theologia floruerunt. Quod apertissimum erit, si quis voluerit excellentiorum doctorum, tam scribentium super Sententias, quam exponentium sacram Scripturam dicta perquirere, reperiet quasi omnes hoc tenere.* Et nomina subiicit. Magistrum sententiarum, Hugonem, Gulielmum Antisiodorensis, Præpositum, Gulielmum Cancellarium Parisiensem, Alexandrum de Halis, Albertum Magnum, Thomam, Bonauenturam Cardinalem, Petrum de Tarrantasia, Durandum, Petrum de Palude, Egidium de Roma, Ioannem Tentonicum, Bartholomæum Brixiensem, Hugonem Archiepiscopum, Raimundum, Hostiensis, Gulielmum Durandum, Andream, Ioannem. Nec possum continere quæ addam Glossam Decreti in ca. i. dist. 1. de Consec. *De festo Conceptionis nihil dicitur, quia celebrandum non est, sicut in multis regionibus fit, & maxime in Anglia.* Et hæc est ratio, quia in peccatis concepta fuit, & sicut ceteri sancti, excepta unica persona Christi.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS.

De

P O E N I S P E C C A T I.

Caput Primum.

DE POENIS PECCATI.



De Poenis peccati nunc agendum. Quo nomine et si contineantur sæpe ea, quæ effecta peccati dicuntur, suntque; etiã ipsa peccata: tamen nunc ira vtimur, quomodo magis fert consuetudo: ut supplicia ita appellantur, non tantum distincta, sed etiam tota sua natura separata à peccatis: ut in latrone laqueus: in homicida gladius: & similia. Itaque disputabimus tantum de suppliciis, quæ ipsa peccata non sunt: sed propter peccata peccatoribus destinata ab æterna Dei iustitia. Nam de illis, nulla est controuersia, quæ non pendeat à natura peccati.

I. Peccatum ergo omne, sensus communis non tantum malum esse docet, sed etiam pœna dignum: eamque vel maximam esse iustitiæ partem. Itaque constat omne peccatum hominis, quantumcunque sit, mereri pœnam. Quod etiam humanis legibus fundamentum est: unde Paulus docet ad Romanos decimo tertio: Magistratum non sine causa gladium gestare: esse enim Dei ministrum, vltorem ad iram ei, qui quod malum est, fecerit. Sed de huiusmodi pœnis per Magistratum, Politica est disputatio, non Theologica. Nobis ergo duntaxat illæ erunt pœnæ propositæ, quæ sunt à Dei decreto, quæ cum aliter, tum hoc differunt ab illis: quod illæ variæ sunt nec eadem omnes homines complectuntur, nec eorundem quidem scelerum reos, quia nullus vnquam Magistratus fuit vniuersalis: hæc vero, ut potest à Deo constitutæ, à cuius tribunali subducere se se nemo potest, omnino nullum excipiunt peccati reum.

III. Porro homini peccatorum pœnas Deus erat interminatus, Genes. 2. *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris*. Postquam autem peccasset, disertius prolixiusque explicauit Genesios tertio: primo mulieri, deinde Adamo. Mulieri. *Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios: & sub viri potestate eris: & ipse dominabitur tui*. Adamo, *quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra propter te: in doloribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertaris*.

IV. Ex quibus verbis facile quisque concipit, multiplices esse pœnas quibus vlciscitur Deus in homine peccatum. Nempe miseras omnes, quibuscum homo, dum viuit, consistatur. Cuiusmodi sunt, primo labores omnes, quos necesse est subire ad vitam sustentandam: id enim significatur in verbis: *in sudore vultus tui vesceris pane*. Secundo, dolores accedentes ad eos labores, propter non respondentem exitum: *In doloribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*. Quamquam comprehendere etiam possunt omnia dolorum genera, ob infelices quoslibet successus. Tertio, mors ipsa, quæ hic quidem corpora, is describitur: *donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertaris*. Nam ea verba tantum describunt exitum corporis, ab anima separati.

V. Conuenit tamen inter Catholicos & Papistas, præter has pœnas aliam esse, & quidem grauissimam: eam nempe, quæ excedit terminos huius vitæ: hominique infligitur post mortem. Neque enim aliter constaret ratio diuinæ iustitiæ: multo minus misericordiæ. Nam vel om-

nes puniendi sunt homines: vel omnes eximendi à pœna: vel quidam puniendi, quidam eximendi. Omnes puniri, non patitur misericordia: omnes eximi, non patitur iustitia. Tertium ergo membrum verum: Sed si nulla essent post mortem supplicia: primo, nullus eximeretur. Ratio, quia iis suppliciis, quæ ad hanc vitam pertinent, omnes sunt obnoxij, si non omnibus, certe non paucis: & saltem à morte nemo liberatur. Quod si quidam liberantur: nec liberantur tamen in hac vita: omnino necesse est liberari post hanc vitam. Deinde in hac ipsa vita, quædam relaxatio intelligi potest: At saltem oportuit bonis esse bene, malis male. Atqui contra est bonis male, malis bene. Itaque omnino aut nulla esset Dei iustitia quod absque horrore quis cogitare potest: aut necesse est esse supplicia peccatorum post mortem: & quidem præcipua.

VI. Nec id coniectura sola assequimur: sed & dilertis Scripturæ testimoniis edocemur. Ad Roman. 2. *Pro duritia tua, & corde, quod respicere nescit, & hesitans tibi ipsi iram in diem iræ, & pateractionis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ipsius*. Poster. ad Theſſalon. 1. *Iustum est apud Deum, vicissim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem. vobis vero qui affligimini relaxationem nobiscum, cum pateſcet Dominus Iesus de cælo cum angelis potentis suæ: cum flammeo incendio, infligens vltionem iis qui Deum non nouerunt, neque auscultant Euangelium Domini nostri Iesu Christi: Matthæi 3. Progenies viperarum, quis vobis præmonstrauit ut fugeretis à futura ira? Luca 16. describitur luxuriosus ille diues sepultus, & apud inferos in tormentis positus. Hæc autem tormenta Christus appellauit gehennæ, & ignis nomine Matthæi 10. *Ne timeatis ab iis qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timeate potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna*. Et 18. *Bonum est tibi luscum ingredi in vitam: potius quam duos oculos habentem conici in gehennam ignis*.*

VII. Præterea hæc tormenta sunt æterna: hoc est huiusmodi, ut finem nullum habeant, abque iis liberari nemo possit, qui semel addictus fuerit. Matthæi 1. *Coget triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili*. Decimo octauo, *Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum, aut mancum potius, quam duas manus, vel duos pedes habentem conici in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, Rursus, Abibunt isti in supplicium æternum*.

VIII. Denique, quia ex pœnæ peccatoribus infliguntur ex iusto Dei sic decernentis iudicio: solet etiam eorum pœnarum status appellari damnatio, *καταρα*, sive *κατάρα* Luca 21. *ἂν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔλθῃ, ἀντὶ τῆς γῆς, ἀντὶ τῆς πόλεως, ἀντὶ τῆς οὐρίας, ἀντὶ τῆς ἀσπίδος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος*. Quorum damnatio iusta est. 8. *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔλθῃ, ἀντὶ τῆς γῆς, ἀντὶ τῆς πόλεως, ἀντὶ τῆς οὐρίας, ἀντὶ τῆς ἀσπίδος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος, ἀντὶ τῆς ἀστὴρος*. Nulla igitur nunc est condemnatio iis, qui simpliciter appellantur, qui his suppliciis sunt addicti.

IX. Appellatur etiam Mors secunda: Apocalyp. 2. *Victor non ledetur à morte secunda*. Sic iterum 20. & 21. Item mors absolute: Iacobi 5. *Sciat enim qui auerterit peccatorem ab errore vitæ suæ, seruaturum animam à morte*. Ioannis 8. *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non conspiciet in æternum*. Sic sæpe apud Paulum. Verum authores Ecclesiastici solent Æternam mortem appellare. Non quidem, quod re vera, aut se-

Cundo moriatur homo, aut anima seorsim à corpore moriatur: sed quia et- tam infelicio est longe animæ is status morte prima, quæ corpus destruit: cum autem quia statum contrarium beatorum, vitam appellari Spiritus voluit. Itaque consequens erat, vt qui eistatu status opponitur *en dia mé- te*, mors appellaretur.

C A P. II.

Status Controversie de pena peccati ori- ginalis.

His ita positis in quibus controversia nihil est: nunc quærendum de Pœnis primo Originalis peccati, deinde Actualium peccatorum. De pœna originalis profitentur Catholici articulo vndecimo Confessionis Gallicarum Ecclesiarum, *Credimus hoc vitium esse vere peccatum, quod omnes & singulos homines, ne paruulis quidem exceptis adhuc in utero matrum delitescuntibus, æterna mortis reos coram Deo peragat.* Sc Catholici, *en dia mé- te* *πολυπραγματικῆς.*

II. At Papiſtæ varij sunt Qui scripserunt ea de re, hos vidi Dominicum à Soto de Natura & Gratia lib. 1. c. 14. Ioannem Antonium Delphinum de Originali peccato dub. 9 Cunerum Petri de peccato Originali, c. 8. Bellarminum de Amiffione Gratiæ lib. 6. c. prim. Theodorētū Peltanum de Peccato Originali, tract. 13. Salmeronem tract. 48. in Epist. ad Roman. Driedo- nem tom. 3. lib. 1. de Gratia & Libero arbitrio c. 1. Didacum Aluarem de Auxilijs Gratiæ lib. 1. disp. 114. Aluarem tom. in 1. 2. disp. 34.

III. Pœnam distinguunt: in damni, & sensus, estq; ea distinctio vfitatiffi- ma apud Scholasticos. Eis Damnum est tantum carentia beatitudinis, siue priuatio præmij beatifici. Sensus a. infert dolorem: & est afflictio infernalis tormētī. Sic enim definitur ab Altenstaig in Dictionario Theologie: qui ex Richardo addit pœnam damni esse perfectionis, ad quam erant homines apti nati carentiam ex peccato causam: pœnam sensus, esse quamlibet pœnam ex læsionis apprehensione sensibili, seu intellectuā causam. Priorem essentialiter non esse dolorem, aut tristitiam: sed tantum alteram.

IX. His positis, sciuntur sese in partes varias atq; adeo Dominicus à Soto diserte negat quicquam tam certo statui posse de pœna peccati origina- lis, vt nulla super sit dubitatio: Delphinus, Orthodoxorum, & Catholico- rum Patrum doctissimorumque virorum sententias esse varias. Tum autem qui cardo rei est, a Tridentina Synodo nihil determinatum addit Domini- cus, itaq; nihil mirum, si in re libera, sibi ingenia, infinito pruritu luxurian- tia, prolixè indulserunt, & probabilitates velis remisque confectati, in varia abiere sententias. Olim Vincentius quidam cum induxisset in animum nullum esse peccatum Originale, ideoque animas infantium puras esse au- sus est eis regnum cœlorum polliceri, In Deum animas innocentes dicere cogere tur æterna morte damnare, teste Augustino libris de Origine animæ aliqua tamen distinctione, vt apparet ex capite 13. lib. 3. nempe vt statim post mortem irent in paradysum: at resurrectione demum facta in regnum celo- rum, nouo commento, nouum dogma fulciens.

V. Hanc sententiã exploſere Papiſtæ, coacti ponere peccatum Originale. Sed deinceps de lenitate tamen videtur inter se contendere: hoc posito fun- damentno, indignum esse eos, qui nulla sua præeunte voluntate peccarint, vna cum alijs damnari. Itaque etsi nullum eis locum concedunt in Paradi- ſo, ideoque detrudant ad inferos: tamen sedes assignant seorsim à gehenna: vnde constructus Limbus, quem vocant infantium: ita medius inter locum damnatorum, & paradysum, vt in eo neque sit gloria æterna: neque etiam gehenna. Sed de statu infantium in Limbo, cum vltierus philosophantur, tum comperio triplicem sententiam.

VI. Primo sunt qui docent, excludi quidem infantes à regno cœlorum: sed tamen frui extra id regnum naturali quadam beatitate, nescio quo lo- co inter illud regnum, & carcerem damnatorum. Quæ sententia pura puta est Pelagianorum. Sed Cronæus Medicus de Baptismo cap. 17. sic eam recitat, vt non absurdam, autorem Vignerio. Quidam (inquit) di- xere huiusmodi infantes post resurrectionem accepturos beatitatem quan- dam naturalem, cognoscentes Deum naturali cognitione, tanquam om- nium causam primam ex contemplatione spirituum, substantiarumque separatarum, cœlorum, elementorum, & Creaturarum: & ea in re longe maius illis gaudium futurum esse quam Regibus vllis, quibuslibet e Mo- narchis in suis delicijs. Sic æstimandum, quandoquidem anima est *εν πνεύματι*, creataque ad contemplationem, nõ fore otiosas. Sic beatos fuisse An- gelos ante acceptam beatitudinem supernaturalem atque infusam, in cla- ra Dei visione. Hæc ille: & videtur in eas partes inclinasse Cardinalis Con- tarenus libro de Prædestinatione. Verba adscribo, *Originale peccatum per- petua damnationi hominem non addicit, & quamuis illum diuino conspectu, & ea que supra naturam est, felicitate priuet, in eo tamen sine eaque cognitione re- linquit, cuius capax est, eorum hominum natura, qui in originali peccato sine bap- tismate decesserunt.* Hanc eandem sententiam Aluares imputat Cathari- no. Sed & Lyranus in 4. Ecclesiast. asserit esse omnium doctorum qui lo- quuntur de m orientibus in peccato originali.

VII. Altera sententia est eorum, qui paulo feueriores nullam defunctis in solo originali, beatitatem assignant: sed nullum tamen dolorem: siue, vt loquuntur, pœnam sensus: Nempe igitur puniendos censent sola pœna damni, id est, carentia visionis Dei. Et quidem non tantum nullo alio do- ore accedente: sed etiam illa ipsa pœna damni nullo modo molesta. Ita, lenim explicat idem Caronæus: Nullo modo futuram eis, vt de damnatis, grauem eam carentiam visionis diuinæ: quandoquidem eis nullum ius sit in cœlis: vt pote non natis ad id: quomodo atatoris filio non est molestum, nonperuenienti ad regiam dignitatem quæ ad eum nullo modo pertinet. Aluares disertissime de Auxilijs gratiæ lib. 1. disp. 114. *Conclusio: Paruuli cum solo originali peccato decedentes, nulla prorsus etiam post diem iudicii afficientur pœna sensus, sed solum punientur pœna damni, quæ in carentia visionis diuinæ cõ- sistit.* Hanc sententiam Vasques & ipse amplexus est, & dicit esse commu- nem in schola.

VIII. Tertia opinio adhuc feuerior est secunda, eorum qui liberant duntaxat ab eo cruciatu, quem legunt Marci 9. *Vermis eorum non moritur*

en ignis non exstinguitur. Sed asserunt tamen, illam carentiam diuinæ visio- nis futuram molestam: interno quodã dolore cruciatu amiffæ beatitudinis ac sempiternæ felicitatis. Atque hoc modo futuram eis vtramq; pœnam & damni, & sensus.

IX. Harum trium sententiarum prima paucorum est: & eorum, vt vi- detur, propria, qui nullum peccatum personale agnoscunt in infantibus, hoc est originale peccatum totum esse Adami: non esse autem posterium nisi per imputationem. Itaq; Bellarminus inter autores huius sententiæ Ca- tarinum nominat & Pighium. Nec immerito: Etsi enim Pighius in contro- uersia de Peccato originali, neget sibi hac de re quicquam esse certi: tamen non tantum remouet omnem pœnam sensus: sed etiam imaginatur statum, talem, qualis esset, si quos ita Deus creasset in puris naturalibus, absque vllis donis supernaturalibus, vllaue supernaturalis beatitudinis promiffio- ne. Nam hos non tantum non ægre laturos carentiam supernaturalis il- lius status: sed etiam gratias Deo acturos de eius in se benignitate, ac bene- ficijs. Super sunt ergo duæ posteriores. Et quidem tertiam Bellarminus am- plexus est post Lombardum, & Cunerum Petri, & Dominicus à Soto, Drie- do etiam: quanquam non vt certam: sed tantum vt probabiliorē: neu- tram enim videri efficaciter ex Scriptura Sacra demonstrabilem. Sed longe fe frequentiores eunt in secundam. Inque iis, Delphinus, Peltanus Sal- mero. Et Salmero quidem, *An etiam pueri, inquit, qui eo solo peccato tenentur ad pœnã sensus ingehennam sustinendam detrudantur, dubium est apud Patres, tam veteres, quam recentiores, qui in varias sententias dissecti sunt: etsi paucio- res extiterint, qui id affirmant, plures vero quid negenti.*

X. Catholici, cum aduenterint nusquam in Scripturis separari hæc pœ- narum genera, id est, doceri, quosdam alienatos à Deo, non tamen in vllis tormentis: audierint tamen omnes homines esse natura filios iræ, quod in- telligi nequit, nisi de peccato originali, asserunt etiam infantes, reos solius originalis peccati, iustissima Dei sententia damnari, in eaque damnatione, non tantum exulare à regno cœlorum: sed etiam re vera pati ignem a ter- num, assignatum diabolo, & Angelis eius. Quanquam si quis vltierus in- quirendo progrediat, non aliena sit à verisimilitudine, Augustini senten- tia, mitissimas esse eas pœnas. Nam cum diserte edixerit Christus, cum, qui igno rauit voluntatem domini, vapulaturum paucioribus plagis: Infantes autem omnino inter ignorantes nominari debeant: profecto inde sequi- tur, Infantes vapulaturus paucioribus plagis. Sunt ergo sane, eæ pœnæ mortuorum in solo peccato originis mitissima, dum tamen pœnæ: hoc est, mitissima, non absolute, quomodo sæpe hoc superlatiuo vumur: sed com- parate ad aliorum, qui feuerius torquentur, pœnas: & significat non tan- tum priuationem æternæ beatitudinis: sed etiam reales apud inferos pœnas: & coniungant damnum, cum sensu.

XI. Tandem ergo hic erit status quæstionis: Vtrum animæ mortuorum in solo peccato originali, patiantur, vna cum pœna damni, pœnam etiam sensus. Et Papiſtæ negent: Catholici asserant: quanquam Bellarminus testa- tur affirmatiuam non esse aperte reprobam.

C A P. III.

Peccato originali deberi pœnam sensus in igne æterno.

I. Probatum infligi pœnas sensus iis, qui solo originali peccato infecti sunt, ex Scripturis. Primum argumentum: Omnes paleæ comburen- dæ sunt igni æterno, quæ est pœna sensus. At quicunque infecti sunt pec- cato originali, sunt paleæ: Ergo quicunque infecti sunt peccato origi- nali, comburentur igni æterno, quæ pœna est sensus. Probatum maior Matthæi 3. *Is qui pone me veniunt inquit Baptistes, ipse vos baptizabit Spiritu Sancto, & igni: cuius ventilabrum in manu ipsius, & perpurgabit aream suã: & coget triticum suum in horreum: paleam autem excuret igni inextinguibili: & repetitur Lucæ 3. Probatum minor. Eos enim necesse est, esse aut triticum, aut paleam: non sunt autem triticum: quia nõ coguntur in horreum: Ergo sunt paleæ. Similis locus, Matth. 13. in parabola de fagina colligente bonos & malos pifces, *Ita erit in consummatione seculi, prodibunt Angeli, & separa- bunt malos à medio iustorum, proiciuntque eos in caminum ignis.**

II. Respondent Bellarminus, & Vasques, has parabolas nihil omnino ad paruulos pertinere. Aream enim & fagenam nihil aliud esse, nisi Catho- licam Ecclesiam, in qua sunt boni malis admixti, omnes fideles, nulli infi- deles. Et ita Augustinum docere contra Donatistas, post Collationem, ca- pite quarto, & decimo. Porro paruulos sine Baptismo, non esse in area: ac per hoc neque inter frumenta, neque inter paleas.

III. Sed contra. Area non est duntaxat Ecclesia: sed vniuersus mundus. Chrystostomus in Matthæum hom. 11. *Δεικνύς πῶς τὰ αὐτῶν οὐ τὸν κόσμον: ἡ γὰρ αὐτῶν μὴ αὐτῶν ἐπιλασσε νικῶντων ἢ πάντων ἀνομιματικῶν καὶ γὰρ φαίνονται διὰ τὸ ἀμικρῶν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅμοιος τῶν ἀχρῆτων κῆτιν, ὡς ἐν ἀλωνίῃ, ἢ ὡς ἐν δόμῳ, ὅθεν, Ὁστένδῃ eius esse vniuersum mundum. Non enim non suos purgaret. Nunc quidem omnia permista sunt: nam si frumentum fulgens appareat, tamen vna cum paleis, vt in area non vt in horreo. Neque contradicit altera expositio, quæ aream, Ecclesiam interpretatur. Nam Ecclesia, quod mista sit ex tritico, & paleis, non id habet, quatenus est in mundo. Nam alioquin Eccle- sia, quatenus Ecclesia, est duntaxat tritici, id est electorum. Si ergo area mundus, non solum baptizati ad eam aream pertinent. Quanquam alias etiam docebimus, Deo dante, ad Ecclesiam, quatenus est in mundo, & visi- bilis, pertinere etiam fidelium infantes non baptizatos.*

IV. Argumentum secundum, ex Matthæi 3. *Omnis arbor, quæ non facit fru- ctum bonum, excindetur, & in ignem mittetur.* At infantes peccato originali obnoxii sunt arbores, quæ non faciunt fructum bonum. Ergo infantes peccato originali obnoxii excinduntur, & in ignem mittentur.

V. Bellarminus respondet, iis verbis Scripturam loqui de adultis, qui fructum, cum fere possent, minime fecerunt. Et arbores ante vnam diem vel alteram plantatas non mitti in ignem, etiam si fructum non ferant.

VI. Sed hæc mera sunt nugamenta. Enimvero arbores plantatas quid appellat? An eas quæ industria humana plantantur, postquam sua natura creuerint ex terra: quæ solent magis proprie dici transplantata: an genera- lite r

liter eas, quæ in terra sunt quoquomodo? ut in Ecclesia arbores plantatæ sint, quæ post natiuitatem in Ecclesiam transferuntur? At quis Bellarminum docuit, Ioannem loqui tantum de transplantatis? Certe verba latius sonant. *πᾶσι δὲ ἔσθ' ὅμοια ἄρβωρ: & ratio agriculturæ docet, non eas tantum arbores extrahi, & confici in ignem, quæ post transplantationem inuitiles sunt, sed etiam τὰς αὐτὸς οὖσας: nec tantum cum creuerint, sed etiam cum primum pullulare cœperunt. Itaque arbores numerari inter eas, quæ fructum non ferunt, non tantum cum post aliquot annorum spatia, cognitum est certa experientia frustrati spem agricolæ: sed etiam sua natura sunt eiusmodi: Sunt autem omnes homines eiusmodi sua natura, ut eo ipso quod infecti sunt peccato originali, malæ sint arbores, ac proinde à se nullum bonum fructum laturi. Itaque nihil obstat, quominus hoc vniuersali lo. axiomate contineantur.*

VII. Argumentum tertium, ex Matthæi vigesimo quinto, *Cum venerit Filius hominis cum gloria sua, & omnes sancti Angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloria sua: & congregabuntur coram eo omnes gentes: & separabit eos alteros ab alteris, ut pastor separat oves ab hædis. Et statuet oves quidem ad dextram suam hædos a. ad sinistram: Tunc dicet eis, qui ad dextram ipsius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. Tunc dicet etiam iis qui ad sinistram: Maledicti, abire à me in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Audin in die iudicij vniuersales omnes gentes separandas in partes duas, dextram & sinistram? Ergo in alterutra esse necesse est contineri pollutos solo peccato originali. At non in dextra. Nam ij possidebunt regnum cœlorum. Consentiant a. Papistæ pollutos peccato originali non possessuros id regnum. Erunt ergo in sinistra. At ij qui ad sinistram, non tantum dicuntur maledicti, sed etiam abituri in ignem æternum, quæ est pœna sensus.*

VIII. Respondet Bellarm. futurum quidem vniuersale iudicium: sed non eadem forma omnes iudicandos. Hoc a. loco describi formam iudicandorum eorum, qui sunt in Ecclesia: itaque non pertinere ad infantes. Probat hanc formam pertinere ad eos solos qui in Ecclesia, primum ex Augustino contra Donatistas post collationem capite quarto: & de Fide & operibus, c. 15. & ad Dulcitium, quæstione prima. Deinde ex ipsius Euangelij verbis. Quia comparantur boni & mali ouibus, & hædis, qui in eodem grege eiusdem pastoris numerantur. At hunc gregem constat esse Ecclesiam. Nam in fideles potius lupis & canib. comparantur. Rursus, qui ad sinistram, reprehenduntur non quod rectam fidem non habuerint, sed quod opera fidei nõ ostenderit. Deniq; cum Euangelium ad solos fideles pertineat: neq; n. fidem habent Euangelio, nisi fideles: non erat opus in Euangelio describere formam, qua iudicabuntur infideles: sed satis fuit dicere in genere, *Qui non crediderit, iudicabitur.*

IX. Ita nihil erit tam certum, quod non eludit: nihil tam perspicuum, quod non possit obscurari. Nam certe omnes gentes disertissime exprimentur in Euangelio: & constat Christum futurum iudicem omnium, absq; vlla exceptione. Quis ergo sperasset vnquam futuros, qui omnes gentes, negarent esse omnes gentes: Certe Chryl. *τῆς τῆς πᾶσι ἡ τῶν ἀφ' ὧν πᾶσι, id est, vniuersa hominum natura. Glossa interlinearis, omnes gentes, omnis temporis, omnis conditionis, omnis sexus, omnis ætatis. Deniq; August. serm. 14. de Verbis Apostoli Vide fratres, ne forte hinc consentire nobis debeas, quisquis ad regnum Dei non pertinet, eum ad damnationem sine dubio pertinere, Venturus est Dominus & iudicaturus de viuis & mortuis, sicut Euangelium loquitur duas partes facturum esse, dextram & sinistram. Similiter dicitur, Venite, benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnum nominat, hanc eũ diabolo damnationem, Nullus relictus est medius locus, vbi ponere queas infantes De viuis & mortuis iudicabitur. alii erunt ad dextram, alii ad sinistram, non no ui aliud. Qui inducis medium recede de medio non te offendat qui dextram qua rit, & te ipsum admonet, recede de medio: sed noli in sinistram. Si ergo dextra erit, & sinistra, & nullum medium locum in Euangelio nouimus, ecce in dextra regnũ cœlorum est. Percipite, inquit, regnum. Qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra: Ite in ignem æternum. In dextra ad regnum, vtiq; æternum, in sinistra, in ignem æternum. Qui non in dextra, proculdubio in sinistra. Ergo qui non regno, proculdubio in ignem æternum: Isidorus Pelusiota lib. 2. ep. 90. τῶν ἀποστόλων δι' ὧν τοῖς ἀμαρτανῶσι ἡ πᾶσι ἀποκαθάρσις τῶν ἀμαρτανῶν ἀποτίθεται διὰ τῶν ἐξουσιῶν αὐτῶν. Diabolo, per eas minas, quas in peccatores intendebat: pœnam, qua eos manet prænuicians, dixit. Ite in ignem paratum Diabolo & angelis eius. Pœnas inquit, quæ manent peccatores. At in peccatoribus sunt & infantes, propter peccatum originale. Consentit, autem Isidoro Hieronymus commentariis in huncipsum locum. Oues in parte iustorum stare iubentur ad dextram: hædi, hoc est, peccatores ad sinistram.*

X. Adde consentientes Papistas. Sa, *Omnes gentes. Intelligo scil. omnis temporis omnis conditionis, omnis sexus, omnis ætatis. Franciscus Lucas, omnes citra exceptionem, qua tunc supererunt, & quæ vnquam fuerint, aut existerint. Gentes, id est, homines: non tantum n. omnes gentes, sed & omnes ac singuli homines omnium gentium, adeoq; homines prorsus omnes, omnis temporis, omnis nationis, omnis conditionis, omnis ætatis, sexus, vtriusq; ab Adam & Heuã protoplastos ad hystero genem vsq; sine antea mortui, sine tunc viui reperti fuerint. Omnino n. nullus poterit iudicium istud effugere. Maldonatus, recensitis sententiis Origenis: & Bedæ, non nihil restringit. hanc vniuersalitatẽ, Scriptura, inquit, vbiq; omnes homines staturos esse dicit ante tribunal Christi, ut referat vnusquisq; pro ut gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Et post hanc ipsam de infantib. quæ stionem determinans, cuius causa hunc puluerem Bellar. excitauit. Solet quãri vbi infantes futuri sint, qui sine baptismo ex hac vita discesserunt, cum non sint propter opera, sed propter vitiosam originem condemmandi. Certus & minime hæsitans respondeo, ad sinistram futuros esse, sicut ad dextram alios infantes, qui nõ propter bona opera, sed propter suscepti baptis gratiam saluati sunt.*

XI. Nec vero negauit vnquam Augustinus de mundo vniuerso intelligendum: Duntaxat Ecclesiæ applicauit: & vere potuit. Nam in ea, etsi non quatenus Ecclesia est, saltem quatenus in mundo est, misli sunt bonis mali. Itaque, qui de Ecclesia interpretatur, idem, ut vidimus generalius de omnibus hominibus. Ita n. necesse est, si omnes homines iudicantur: ergo vel Ecclesiam iudicari: vel in Ecclesia nullos esse homines. At contra non est necesse, si Ecclẽsia iudicetur, non omnes homines iudicari.

XII. At, inquit, hædi & oves in eodem grege. Primo, non est ex verbis Do-

mini: qui tantum segregari hædos ab ouibus. Deinde, quid tum? non enim necesse est gregem nullum esse, nisi Ecclesiam. Cur non n. vniuersum mundum: etsi alia ratione quam Ecclesiam? Imò, quid opus est procul abire? Tunc, in ipso iudicio, erunt vnus gregis. Annon n. diserte, *omnes vniuersi congregabuntur ante eum omnes gentes?* Tum ergo vnus grex, non ante Ecclesiæ, sed tunc iudicij: itaque tunc hædi, & agni, tunc separatio.

XIII. Addit infideles comparari potius lupis, & canibus. Quosdam & aliquando concedo, omnes, & semper, vbi, & quando? Nam quis leges præscripsit Spiritui Sancto, ut non loquatur libere? An vero nihil est in omnibus reprobis, quo possint hædis comparari? Imò Hieron. *Hædi, id est, peccatores. Mirum, si non aliquid excogitent subtilissimi Iesuitæ, ut non sint nisi intra Ecclesiam peccatores. Maldonatus. Non dubium est, bonos oves, malos hædos appellari. Et causas subtexit. tum ex Origene: Euthymio, Theophylacto, quia boni mites, mali asperi: ex Chrysostomo bonos, quia viles, malos, quia infructuosos: Credo ego, inquit, propterea Christum cuium & hædorum metaphora usum fuisse, quia versu præcedenti dixerat, & separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oves ab hædis: per oves a. bonos, per hædos, malos intelligi voluisse, quia oves hædis meliores sunt. Vincat Bellarminus, si hæc causæ tatum valeant intra Ecclesiam.*

XIV. Quam est a. illud ridiculum, non reprehenduntur quod fidem non habuerint, sed quod opera fidei non ostenderit? Quasi, qui fidei opera non ostendant, ii nulli sint, nisi qui fidẽ habeant. Quasi non soleat ab effectorum defectu ipsius causæ defectus argui. Tum a. qui infecti sunt originali peccato neq; habent opera bona, neque habituri sunt sine peculiari gratia: itaq; merito mittuntur in ignem æternum. Maldonatus hanc ipsam Bellarmini objectionem vidit, & soluit aliter objectionem audi, ex scholis Theologis, *illa verba, Esuriui n. & non dedistis mihi manducare: & illa his contraria, Esuriui, & dedistis mihi manducare, non possunt ad omnes homines pertinere. Multi enim damnandi sunt, qui esuriunt Christum non viderunt, cum illum penitus ignorarent, nec scirent pauperes eius personam gerere: deinde infantes, qui aut saluandi, aut damnandi sunt, nec propterea saluabuntur, quia Christum esuriunt, pauperunt: nec propterea damnabuntur, quia non pauperunt: non ergo in iudicio venturi sunt. Non poterat Bellar. aut explicari, aut fortius obicere. Sed ille, Vna est, inquit, huiusmodi ad omnes objectiones, & expedit a responsio, Christum vnã speciem pro toto genere posuisse: sicut in exemplis facere consueuimus: nec n. omnib. qui saluandi sunt, & iudicandus est: Esuriui n. & dedistis mihi manducare: nec omnib. qui damnandi, Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sed quibusdam: hoc enim exemplo tantum docere voluit se neminem temere aut saluaturum, aut damnaturum esse. sed iustissima de causa, eaq; publice & coram hominibus declarata, quemadmodum in forensib. sententiis fieri solet: unde videtur Christus metaphoram sumere voluisse. Ergo & infantes & infideles omnes iudicabuntur: sed illis, cur aut saluentur aut condemnentur, alia reddetur causa. Videtur Maldonatus Iesuita, Iesuitam Bellarminum refutare.*

XV. At Euangelium, inquit, ad solos fideles pertinet. Saluandos, inquam: quatenus est potentia Dei ad salutem omni credenti. Sed idem pertinet ad omnes homines iudicandos: ad Roman. 2. *Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege quoque peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem damnabuntur: in die quo iudicabit Deus de latebris hominum, ex Euangelio meo per Iesum Christum.*

XVI. Verum locus ille Augustini disertissimus est, ex sermone 14. de Verbis Apostoli. Itaque verit Iesuitam. Nam clare ex verbis Domini concludit Augustinus infantes, eos nimirum, in quibus solum peccatum originale agnoscimus, mittendos in ignem æternum: cum certum sit, eos: non redemptos, futuros ad sinistram. Eos autem, qui ad sinistram, Christus amandem in ignem. Vbi etsi nihil sit obscuri, tamen inuenit non nihil tenebrarum Bellarminus. Possit ex verbis Christi colligi omnes omnino peccatores, futuros in sinistra, & sententiam damnationis accepturos. Nam iudicium fore vniuersale: & malos Catholicos ideo futuros in sinistra, quia ibi etiam erunt demones, & infideles, & omnes operarii iniquitatis. Porro hoc solum voluisse Augustinum, paruulos non habituros vitam æternam, sed damnandos. Itaque ignem æternum sumere pro loco inferni, vbi est ignis æternus, siue pro damnatione, non pro certa pœnæ specie siue qualitate. Ratio, quia 8. cap. 5. contra Iulianum, idem negat, se definire posse qualis, & quanta futura sit pœna paruulorum.

XVII. Enimuero sic facile fuerit quilibet peruertere. Imò, si Pighio aut Catharino simile quid permittas, ij sane efficiant, Augustinum eo loco nihil aliud velle, nisi infantes excludi à regno absque vlla pœna sensus: sic enim illi interpretabantur ignem æternum, pro loco separato à regno cœlorum. Cur enim non æque possunt diuinare cum Bellarmino? Sed Augustini mens est perspicua. Impugnat n. Pelagianos, qui infantes non baptizatos dicebant saluos fore, sed non in regno cœlorum. Hanc ille sententiam ita impugnat, ut doceat sic opponi regnum cœlorum, & ignem æternum, ut nullum detur medium: & omnino necesse esse, qui non sit in regno, eum esse in igne æterno. At tende verba, *Prius regnum nominauit, sed in dextris: ignem æternum in sinistris. Extrema autem sententia, ut doceret quid sit regnum, & quid sit ignis æternus. Tunc, inquit, abibunt isti in combustionem æternam: iusti autem in vitam æternam. Ecce exposuit tibi quid sit regnum, & quid sit ignis æternus, ut quando consideris paruulum non futurum in regno, fatearis futurum in ignem æternum. Regnum enim cœlorum est vita æterna. Nec aliud etiam Paulus Apostolus, cum teneret homines, non paruulos, non baptizatos, sed scelestos, factinosos contumacissimos perditos, non eos terruit, quod erunt in igne sempiterno, quo sine dubio ibunt. sed non corrigantur: sed tantum terruit, quia in regno non erunt: ut cum viderint se perdere spem regni, non viderent esse consequens nisi pœnam ignis æterni. Audin? Viden? quam falso Bellarminus asserat Augustino ignem æternum esse locum inferni tantum? At ipse diserte dicit pœnam ignis æterni. Et omnino hanc pœnam ita opponit regno cœlorum, ut nihil sit medium: & prorsus necesse, non in hoc tantum loco ignis sed in hac pœna ignis illum esse, qui non erit in regno.*

XVIII. Potest ex verbis Christi colligi, inquit Bellarminus omnes omnino peccatores futuros in sinistra. Colligi, inquam: nimis Iesuitice: non enim colligitur, sed legitur: hoc enim omnino significant verba Christi. Sed tam significat, cum, ut sonant, intelliguntur: non vt exponuntur à Iesuita. Nam si de Ecclesia tantum intelligas, omnino neque id sonant, neque inferunt, omnes omnino peccatores futuros in sinistra: sed tantum peccatores qui intra

intra Ecclesiam. Et aduerte, Bellarminum confesum ita esse. Quomodo enim...

XIX. Sed enim Augustinus fatetur non posse definire, qualis, quantaue...

XX. Argumentum quartum ex Matth. 17. Qui seminat bonum semen, est...

XXI. Quintum argumentum ex secundo ad Ephesios, Erasmus natura...

XXII. Salmero respondet: iram esse quandam mixtam misericordia, &...

XXIII. Sed hæc nulla responsio est. Nam irasci Deum magis & minus, id...

XXIV. Sextum argumentum ex Apoc. 10 ubi describitur vltimum iudicium...

XXV. Et tamen negat Bellarminus. Audite Sophistam. in stagnum ignis,...

XXVI. Eleganter, nihil enim Iesuitis non elegantissimum oggerit Camera...

XXVII. Accedant autoritates. Veterum septimo loco Augustinus primo...

bro 1. de Origine animæ cap. 9. Non baptizatis parvulis nemo promittat in te...

XXVIII. Adde Fulgentium: cuius librum de Fide ad Petrum iudicavit...

XXIX. Bellarminus inuenit, quo fucum faceret. Videti sanctos istos Patres...

XXX. Sed distinctio illa, detentionis, & visionis recens est, & ex camera...

XXXI. Torqueri autem à Bellarmino mentem Augustini, disce ex aliis...

XXXII. Prospe de Vocatione Gentium libri secundi capite octavo: non...

XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII. XXXIII.

XXXIII. Idem Gregorius Moralium libr. 9. cap. 12. Perpendis adhuc in presentis vita itinere constitutus, humanis actibus exactor operum quam districtus appareat, qui quosdam tunc reatu culpa originalis adstrictos, etiam sine operibus, damnat. Vnde recte vir sanctus ex humani generis voce, protinus adiungit & multiplicabis vulnera mea, etiam sine causa. Nonnulli etenim prius à presenti luce liberabuntur, quam ad proferenda bona malae merita actiua vita perueniant. Quos, quia à culpa originis sacramenta saluis non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt, illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnum vulnus est, corruptibiliter nasci, aliud carnaliter emori. Sed, quia post mortem quoque aeterna mors sequitur, occulto eis, in stog, iudicio, etiam sine causa vulnera multiplicantur. Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt.

CAP. IV.

An scriptura doceat non puniri poena sensus originale peccatum.

I. Venio ad argumenta Papistarum, ex Bellarmino, & Salmerone, & Aluare: nã reliqui, quos quidem viderim, perfunctorie disputant: imo vix disputant. At illi primo è Scripturis. Nam hæc argumenta nostro more reliquis præferemus, et si Salmero postposuit. Credo, quia infirmiora sint, quam vt cuiquam persuadent, nisi coniecturarum præiudiciis occupato.

II. Primum argumentum. Quicumque apud inferos poenam sensus patiuntur, ij glorificauerunt se. At paruuli nulla se ratione glorificauerunt. Ergo pueri apud inferos non patiuntur poenam sensus. Probat maior ex 18. Apocalypseos, *Quantum se glorificauit, & in deliciis fuit, tantum da illi tormentum, & luctum.*

III. Respondeo. Negatur maior. Varia enim sunt peccata, ob quæ homines damnantur, inter quæ vnum superbia. Potest autem verum esse in quolibet peccatorum genere, cum seuerius puniri, qui eomagis perseuerauerit, & volutatus fuerit. Vnde Paulus dicit impenitentes thesaurizare sibi iram, in die iræ: ad Rom. 2. Porro in Apocalypsi Ioannes describit interitum Antichristi, qui ad reliqua peccata addidit etiam superbiam, immanem. Non est autem consequens, si Antichristus puniatur pro ratione suæ superbiæ, neminem puniendum, nisi qui superbus fuerit, & ita glorificauerit se.

IV. Secundum argumentum. Quicumque apud inferos poenam sensus patiuntur, ij patiuntur poenam ex morsu vermis, id est, ex conscientia mali operis, animi pungente, atque affligente. At constat paruulos nullam passuros poenam ex morsu vermis. Ergo credibile est etiam, nullam esse passuros ignis materialis poenam. Probat maior ex Isaia ultim. & Marci. 9. *Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur.*

V. Respondeo, mirum esse seuitæ artificium, qui ex antecedentibus necessarii, conclusionē eliciat possibilem. Nã maior certa est, quia ex Scripturis. Minorem ipse ponit tanquam certam. Constat, inquit, paruulos nullam passuros poenam ex morsu vermis. Et tamen in conclusione, ergo credibile est. En tibi Aristotelicum genium. Porro minor est falsa. Nã etiam vermis male definitur, conscientia mali operis, quæ verba significant duntaxat peccata actualia. At Veteres latius, Hieronymus in Esaiam, *Vermis, qui non morietur: & ignis, qui non exstinguetur à plerisque, conscientia accipitur peccatorum, quæ torquet in supplicis constitutos: quare vitio suo atq; peccato caruerint electorū bono.* Procopius in eundē locum, *οὐδὲ ληκὰ δὲ φησὶν ἀπὸ τῆς τῶν ἐν τῷ μέτανοῦν τῶν ἰδίων ἀμαρτημάτων οὐκ εἰδῶν, ἐν τῷ τοῦ τῶν ἀρσῶν ἐστῆναι δακνοῦν ἀπὸ τῶν ψυχῶν, & ἀκαρῶν τῶν ἀνὰ τὸν ἐν τῇ φησὶν ἡσυχία, Vermis dicitur perpetuū in penitendo propriū peccatorū conscientiam, cum quisque animo vult quod se priuatū sentiat tantis bonis, sed, ipsum affligit ob peccata nequitia Victor Antiochenus in Marcum, Designatur hoc vermis nomine impura scelerataq; conscientia, Si quidē vna hæc anima peccatricem, nulliusq; boni sibi conscientiam, inuisibilis poenitentia aculeis, instar edacis vermis, continuo pungit & rodit. Hæc vero cur non conueniant infantium animab. Nam ex sunt peccatrices; peccato quidem originali: sed proprio tamen, & personali: non autem alieno, vt alias est disputatum.*

VI. Tertium argumentum. Si poenam sensus patiuntur infantes mortui: Ergo nemo optaret se mortuum in infantia, ad vitanda huius vitæ incommoda. At aliquis optauit se mortuum in infantia ad vitanda huius vitæ incommoda. Ergo infantes mortui non patiuntur poenam sensus. Argumentū est Salmeronis. Probat consequentiam, quia nulla huius vitæ poena, æquiparari potest gehennæ supplicio. Probat assumptum. Iobi 3. *Quare nō in vulua mortuus sum, egressus ex utero non statim perii. Et post, Nunc enim dormiens silebam, & somno meo requiescerem.*

VII. Respondeo, negari consequentiam. Possē n. quempiam inconsiderate vota facere, idq; esse frequentissimum in reb. violentis. Atq; adeo inter ipsos Papistas, quib. persuasissimum est purgatorium, quo nihil tertius fingunt excogitari posse in hac vita, tamen plurimos visceas optare mortem. Sed, inquit, tale desiderium Iobi, fuisse stultū, Imo Gregorius, *Si superficialiter historia attenditur (id est, verba intelliguntur vt sonant) quid hinc verbis reprehensibilis inuenitur: Et fugit allegorias. Quare? Si quid exterius rationabile fortasse sonasset, nequaquā nos ad studium interioris intellectus accenderet: Ergo Gregorio iudice hæc Iobi deplorationes, imo imprecationes, non tantum reprehensibiles sunt, & quidem ita, vt nihil magis: sed etiam nihil rationabile sonant. Quid aliud Salmeroni stultum sonat? Iam vero Salmero arguit à sensu literalī, ab illa inquam, historia, quam reprehensibilem suus Gregorius asserit, & nihil rationale sonantem. At Catholici ab impatiencia Iobi, vix vnquam serio argumententur. Verum Iesuitis omnia sunt commoda, etiam ex flamma victum petant.*

VIII. Quartum argumentum. Textus est Matthæi 25. quinto, inquit Salmero, vbi qui noluerunt exercere charitatis opera, in ignem mittuntur æternum, qui vero illa præstiterunt, ibunt in vitam æternam. Cum igitur pueri non sint, cum illis connumerandi, qui potuerunt, & noluerunt: neq; cum illis qui potuerunt, & voluerunt illa opera præstare, necessario dandus est medius locus inter illa duo extrema gloriæ, & inferni. Sophisticata legitima forma hæc esse poterit.

IX. Quicumque mittuntur in ignem æternum, ij connumerandi sunt cum illis qui potuerunt, nec voluerunt edere opera charitatis, At pueri non sunt in illis connumerandi, Ergo pueri non mittuntur in ignem æternum.

X. Sed maiorem à se habet Salmero, non autem à verbis Christi, in quibus duntaxat legimus eos, qui noluerunt exercere charitatis opera in ignem mitti æternum: non contra, qui mittantur in ignem æternum, omnes noluisse. Quo posito, fæde peccaret argumenti forma, affirmans in secunda figura.

XI. Præterea distinguo illud connumerari, siue in poena, siue in peccato: vt connumerari in peccato, sit idem genus peccati committere, vt connumerari scortatoribus dicuntur scortatores, & furibus fures, & homicidis homicidæ. Et hoc sensu negatur maior. Nam certū est in ignem mitti æternum, etiam alios peccatores: nisi forte: nouo quodam sensu, nullum sit peccatum, quod non violet charitatem. Quod tamen si dicat, discedet aperte à Matthæi 25, vbi opera charitatis enumerantur ea tantum, quibus subleuatur propinquorum iudicentia. Si autem verum, mitti in ignem etiam nõ uollos, qui non connumerentur iis, qui potuerunt, & noluerunt opera charitatis exercere: nihil est iam quod quis de infantibus neget. Iam vero connumerari poenis, esto eodem supplicij genere cum aliis torqueri: negabitur minor. Nam in eundem ignem mittuntur homicidæ, adulteri, fures, mendaces, alij. Cur non & polluti peccato originali.

XII. Quintum argumentum: Si pueri patiantur poenam sensus: ergo omnes resurgerent, vel in vitam æternam, vel in opprobrium. At non omnes resurgent, vel in vitam, vel opprobrium. Ergo pueri non patiuntur poenam sensus. Probat assumptum Danielis 22. *Multi de his, qui dormiunt in terra puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper.* Multos dixit, non omnes: ergo voluit intelligi pueros exclusos, qui nec in vitam æternam, nec in opprobrium sempiternum resurgent. Salmero.

XIII. Respondeo, negari assumptum. Locus autem Danielis nihil habet difficile. Augustinus de Ciuitate Dei libr. 20. cap. 21. post recitatum hunc ipsum locum, *Et adhuc sententia illi Evangelica est locus iste simillimus, de resurrectione duntaxat mortuorum corporum. Nam qui illic dicti sunt esse in monumentis, ipsi hic dormientes in terra aggere: vel sicut alij interpretati sunt in terra puluere, Et sicut ibi procedenti, dictum est: ita hic exsurgent. Sunt ibi, qui bona fecerunt in resurrectionem vita: qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij, ita & isto loco. Hi in vitam æternam: & hi in opprobrium, & in confusionem æternam. Non autem diuersum putetur, quod cum ibi positum sit, omnes qui sunt in monumentis, hic non ait Propheta omnes, sed multi dormientium in terra aggere. Ponit enim aliquando Scriptura, pro omnibus multos. Propterea, & Abrahæ dictum est, Patrem multarum gentium posui te, cui tamen & alio loco, in femine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Consentit Theodoretus, Multi, pro, omnes dixit: Etenim beatus quod, Apostolus, multi mori sunt, omnes posuit, cum dixit. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in multos abundauit. En tibi Veterum iudicium, cui & Pererius acquiescit. Et Emanuel Sa, Multi, id est, omnes: vt Glossa interlinearis. Nec ἀπὸ τῶν τamen nos ter Junius ita interpretatur, vt multi referatur sigillatim ad membra sequentis distributionis, quasi dictum, Resurgent, multi in vitam æternam, multi in opprobrium. Vt sit, necesse est, interpretationem admitti: nam, si ad literam, tum negabuntur omnes resurgenti. Et absurdum erit ita interpretari, multi resurgent, id est, omnes quidē resurgent: verum non omnes ad vitam aut opprobrium. Hoc n. Grammatica ἀπὸ τῶν nūquam ferat, Omnino, inquam, non possunt multi intelligi non omnes, quum diserte negentur omnes resurgenti, quod est contra fidem.*

XIV. Sextum argumentū, Salmeronis intricatissimum. Describam verbatim, Ezech. 18. veterat Proverbiū illud, *Patres comedentur uam acerbam, & dentes filiorū obstruuntur, quod id est, ac si dicerent, Parentes nostri immature vsi sunt voluntate sua, contra Deum peccantes, at filij passi sunt poenam sensus peccato parentum debitam. Et subdit, Ecce omnes anima mee sunt, vt anima patris: ita anima filij mea est, id est, animam filius nec accipit à patre, sed à Deo, & addit, Anima, qua peccauerit, ipsa morietur, nimirum morte secunda, qui primum mortē, id est, priuationē & gratia, & gloriæ, vnusquisq; ab Adā accepit. Subiungit, Filius nō portabit iniquitatem patris, id est poenam sensus peccato patris debitam, quam vnusquisq; vt onus pro altero portare: quod vt acciperemus de personali peccato, subiicit, & pater non portabit iniquitatem filij. Secus a. est poena non lucri. Vt n. meritum ad pacto esset etiam filiorum suorum quantum ad lucrum, si ille steris, ita peccatum eius nostrum est, quantum ad amissionem lucri tantū. Non lucrum autem proprie non dicitur portari. In his omnib. nisi me ratio fallit, hæc est vis argumenti. Nemo patiens poenam sensus punitur ob alienum peccatum. At quicumque punitur ob peccatum originale, punitur ob alienum peccatum. Et go nemo, qui punitur ob peccatum originale, patitur poenam sensus. Et probatur maior, illo Ezechielis loco.*

XV. Respondeo, primo maligne restringi axioma vn ierusalem, ad poenam sensus. Nã Propheta vn uersaliter dixit, *non portabit iniquitatem patris.* Et quis id auctoritatis Salmeroni concessit, vt ex iniquitate, faciat poenam sensus: Cur non potius poenam. Quia, inquit, non lucrum proprie non dicitur portari. Inepte. Nam, neq; iniquitas. Itaq; verbum *portandi* necessario translaticū est. Quamquam Hebraica veritas non habet. Non portabit iniquitatem patris, sed non portabit in iniquitate patris, siue propter iniquitatem. Sed hoc forte leuius est. Deinde, etiam si non lucrum non portetur, tamen iniquitas portari dicitur, à qua est illud non lucrum. Nam portare iniquitatem, primò & per se non significat poenas dare: sed tantū ex consequenti, nimirum, quia id ius est, vt iniquitatem imputatam, poena sequatur. Quare et si poena ista eiusmodi esset, vt non portaretur, tamen iniquitas diceretur portari, quæ causa est eius poena.

XVI. Præterea distinguo peccatū alienum. Dicitur n. vel id quod mere est alienum, atq; ad nos nihil atinet, vel id quod ita est alienum, vt ei nos connumeremus. Priori sensu maior est vera, nec tantum de poena sensus sed etiam de poena damni. Etenim Angeli neutra poena affecti sunt, ob peccatum, spirituum apostatarum, nimirum, quia ab Angelis id erat alienum profusum: ita vt non tantum id illi non commiserint: sed etiam, vt ne quidē vllō modo participes essent. Et de peccato in hunc sensum alieno, loquitur apud Ezechielem Dominus. Describitur n. pater ambulans in omnib. mandatis Domini, & filius contra ab iisdē recedens, & rursus huius filij filius, à peccatis patris discedens. Verba diserte, *Si genuerit filium, qui uideris omnia peccata patris sui quæ facit, tamen, & nō fecerit similes eis, hic nō morietur in iniquitate patris sui.* At

hoc sensu, falsa est minor. Nam peccatum originale, non est hoc modo alienum ab infantibus, imo est proprium, quia in re falsissima est Salmeronis sententia, quam confutauimus libro precedente.

XVII. Sin autem alienum intelligatur secundo modo sicut saepe accidit, ut actio quidem ipsa peccati ad alium pertineat, reatus autem non ad eum tantum, sed etiam ad alios, qui quoquomodo ei actioni consentiunt: tum vero minor quidem syllogismi est vera. Nam peccatum originale est ita Adami, ut in singulos deriuetur. Sed maior est falsa. Nam etiam in ciuili iustitia agentes, & consentientes eadem poena puniri solent. Est autem peccatum originale, hoc sensu alienum. Itaque Hieronymus in id caput Ezechielis Si reddidit peccata patrum super filios, in tertia; & quartam generationem, iniustum videtur, ut alius peccet, & alius puniatur. Sed ex eo quod sequitur. His qui meruerunt, comminationis, siue precepti scandalum soluitur. Non enim ideo puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius qui fuerunt, peccatores, puniri debuissent, sed quia patrum extiterunt amulatores, & oderunt Deum, hereditario malo, & impietate in ramos quoque, de radice crescente.

XVIII. Septimum argumentum: Dominus Ioan. 3. pronunciauit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei, non ait, punietur igne aeterno, quia pueri tantum regno Dei priuantur, non autem aliis sensus poenis plectuntur.

XIX. At nihil hinc potest confici, nulla inquam vis est argumenti. Alioquin idem concludas de peccatis actualibus, quia 1. ad Cor. 6. legas, Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et similiter 5. ad Galatas. Quid ergo? Nimirum recte Augustinus. 1. 4. de Verbis Apostoli, Paulus Apostolus, cum terret homines, non baptizatos, sed sceleratos, facinorosos, contaminatos, perditos, non eos terret, quod erunt in igne sempiterno, quo sine dubio ibunt, si non corriguntur: sed tantum terret, quia in regno non erunt: ut cum viderint se perdere spem regni, non viderent esse consuetudinem, nisi poenam ignis aeterni. Scilicet hoc axioma certum est, Subtrahit dextra, non remanebit nisi sinistra, quisquis ad regnum Dei non pertinet, eum ad damnationem sine dubio pertinere. Ut quando confiteris parvulum non futurum in regno, fatearis futurum in ignem aeternum. Quae omnia Augustini sunt eodem sermone.

CAP. V.

An ratio prohibeat puniri originale peccatum poena sensus.

I. A Scripturis ad Rationes. Ratio prima Bellarmini, Peccatum originis non tollit in homine ordinem naturalem: sed supernaturalem, conuersio nem videlicet ad Deum per donum gratiae supernaturale. Igitur aequum est, ut poena peccati, sit priuatio boni, supernaturalis, qualis est carentia visionis Dei non autem inflictio poenae sensibilis, quae naturam ipsam laedit. Sic formo: Quicquid ignis sensibilis poenam meretur, tollit in homine ordinem naturalem. At peccatum originis, non tollit ordinem naturalem. Ergo peccatum originis non meretur poenam ignis sensibilis. Extat apud Thomam, sed perplexissimum: adeo ut cum excutias, neque caput videas, neque pedes.

II. Respondeo, primo negari maiorem. Quia certum est ea quae tollunt ordinem supernaturalem, mereri poenam ignis sensibilis, Ratio, quia maiora peccata maioribus poenis puniendae sunt. Est autem maius peccatum, tollere ordinem supernaturalem, quam naturalem, quia ingratitude longe est maior. Quum igitur poena sensus maior sit poena damni, illa potius congrueret peccato originali, tollenti ordinem supernaturalem. Et hoc ipsum experientia confirmat. Nam infantes, rei solius peccati originalis, plectuntur tamen poena sensus, dum omnibus incommodis subiaceant huius vitae, ac etiam mortis: in quibus non est nuda priuatio boni supernaturalis. Itaque Paulus dixit omnes mori, quia peccarunt in Adamo. Secundo, non tantum ea quae tollunt ordinem naturalem penitus, sed etiam quae labefactant, merentur poenam sensus: nam & haec aliquo modo tollunt. At peccatum si non tollit funditus: at certe valde labefactat, ordinem naturalem. Non enim tantum a Deo auersus est homo, sed etiam in rebus naturalibus, multipliciter peruersus. Itaque hanc ob causam peccatum originale meruit poenam sensus. Tertio poenae pendunt a legislatore: ita etiam humanis legibus iisdem peccatis variae constituntur poenae, quarum ratio tota in legislatoris autoritate. Itaque cum de peccatorum suppliciis agitur in Theologia, non sophismatum aculeis pugnandum, sed autoritati Scripturae standum. At ea pronunciat omnibus peccatis poenam sensus, ut probatum. Itaque cauillus nullus est relictus locus.

III. Secunda ratio. Propter habitualem carentiam virtutum, & habitualem pronitatem ad vitia, nemo puniri solet poena poenae, ac sensibili, sed solum propter culpam actualem. Non enim suspenduntur a Magistratu, qui carent habitu iustitiae, vel qui proni sunt ad furta, sed qui re ipsa fuerant: possunt tamen, qui carent virtutibus, & e contrario proni sunt ad mala reici, tanquam indigni ab aliqua dignitate adipiscenda. At peccatum originis est culpa solum habitualis: sunt enim infantes propter id peccatum habitualiter auersi a Deo, & habitualiter proni ad concupiscentiam contra rationem. Igitur reici possunt tanquam indigni a caelesti beatitudine aedeunda: non tamen puniri debent supplicio ignis & sulphuris, quae sunt poenae sensibiles ac poenae poenae.

IV. Et quid non audeant Sophistae, qui tam impudenter ingerunt se in aeterna mysteria metienda ex humanorum negotiorum modulo? Credo inde factum, ut Romae Paradisus exponatur veditio. Nam ita solent inter homines, qui auro abundant, non raro peccata sua redimere. At has superbissimorum hominum ineptias non ridebit Deus, sed viciscetur seruo. Catholici certo sciunt, nullam a legibus humanis, solidam consequentiam ad diuinam iustitiam. Alioquin concluderent nobis homunciones, nullum esse apud Deum concupiscentiae supplicium. Nam certe in eam nihil homines grauius statuere.

V. Deinde, quid habitualem culpam appellat? Nam hoc certe nouum nomen est? Habitualement carentiam virtutum, ut eunq; videor intelligere. Quamquam, aut ego vehementer fallor, aut haec κακὴ φύσις, non abest, a πνεύματι

Sancto. Sed appelleretur tamen ita si placet, is status cuiuspiam hominis, qui caret necessariis partibus, quae debent habitum quendam inducere, & ita habitualis carentia, esto, exempli gratia, in agricola, Iurisperitente, aut Medico, aut Theologo, ut ne possit ad Doctoratum promoueri. Sed habitualis culpam fateor non posse intelligere. Hoc tantum scire, auersum esse hominem a Deo ipsa sui generatione, & reapse auersum, tota sua voluntate, quantumque ille habet. Et hanc igitur culpam esse vere, & realiter culpam, ex peccato originali, illo quidem, sed tamen personali. At proinde vere mereri poenam, & quidem poenam sensus. Nam apud homines, quod illi propter habitualem carentiam virtutum, non admittuntur ad Doctoratum, ea nulla poena est. Itaque, si non recedit Bellarminus ab argumento suo, debet concludere, propter peccatum originale, nulla poena hominem affici, quod est absurdum.

VI. Tertia ratio, propter originale peccatum non iniungitur in Ecclesia hominibus baptizandis, quamuis adultis, vlla satisfactio poenalis neque iubentur propter id peccatum, vllam animo tristitiam, doloremue concipere. Igitur credibile est, nullam ei respondere sensibilem poenam in seculo futuro, sed carentiam tantum beatitudinis sempiternae.

VII. Imo inquam, satisfactio vel Papistica nominatur, vel Catholice. Papista satisfactio appellatur nescio quid, quod illi pro arbitrio fieri iubet ut Deo satisfiat de peccatis. Et hoc sensu, Ecclesia neque ante, neque post baptismum, neque pro originali, neque pro actuali peccato vllam vnquam satisfactioem imperauit, quae nouit satisfactioes huiusmodi, mera esse Pharisaeorum aut semi-Pharisaeorum somnia, a quibus contra veritatem nunquam homo sanus argumentabitur. At Catholici satisfactioem vsurpant duplici notione. Alias pro ea redemptione nostri, quae perfecta est a Christo satisfaciende iustitiae diuinae nostro nomine. Hanc autem satisfactioem proponi baptizando omnino necesse est. Itaque nihil illa Bellarminianam causam promouet. Imo euertit potius. Nam si Christus redemit nos, patiendo poenas peccatis debitas: & redimit eos qui baptizantur: ergo necesse est pro his illam poenas luiffe. Ideoque peccatum originale meritum esse has poenas, Alias vero, cum Ecclesiae scandalum passa satisfiat a peccatoribus. Haec vero ob peccatum originale nulla vnquam iniungitur, quia ab eo nullum scandalum patitur Ecclesia. Id est, non peccat in Ecclesiam, qui concipitur in peccato originali. At idem tamen peccat in Deum. Itaque, non sequitur, si non satisfiat pro eo peccato Ecclesiae, nullas pro eo deberi poenas iustitiae diuinae. Illud autem egrum est. Immo, non iuberi propter originale peccatum vllum animo dolorem concipi. Omittant sane hanc partem Papista, qui vix beneficiunt, quid sit peccatum. At Catholici longe aliter. Qui Sanctos olim obsecratur, grauius lugentes ob hoc ipsum peccatum. Dauid Ps. 5. Tibi soli peccauit, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicabis. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Paulus ad Rom. 7. Miser ego homo: quis me eripiet ex isto corpore mortis? Augustinus Confessionum lib. 1. cap. 7. Exaudi Deus, & peccatis hominum. Et homo dicit haec & miseris eius, quoniam tu fecisti eum, & peccatum non fecisti in eo. Quis mihi commemorat peccatum infantiae meae. Quoniam nemo mundus a peccato coram te, nec infans cuius est vnus dies vita super terram. Et post non pauca, Quod et si iniquitate (lege, Quod si in iniquitate) conceptus sum, & in peccatis me mater mea in utero aluit, ubi oro te Deus meus, ubi Domine, ego seruus tuus, ubi, ut quando innocens fui? Haec vero Dauidis, Pauli, Augustini, quis ita legat, ut putet dicta sine dolore, sine vlla animi tristitia? Rursus, quis haec illis dicta cum dolore putabit, tanto, post circumcisionem, post baptismum tempore, & nullam ad baptismum saltem (nam Dauid infans circumcisus est: at Paulus, & Augustinus iam viri, baptizati) nullam igitur eos ad baptismum tristitiam attulisse.

VIII. Quarta ratio Salmeronis est, cum sequentibus. Nunquam Scriptura, supplicium crucians in gehenna comminatur, nisi pro peccato actuali, siue personali. At infantes nullum habent peccatum actuale, siue personale. Ergo non patientur supplicium crucians in gehenna. Probarur propositio ab enumeratione locorum, in quibus continentur suppliciorum comminationes. Ioan. 3. Matth. 8. & 25. Luca 14. & 16. Matth. 22. 12. Luca 19. 2. ad Cor. 5. Apoc. vltimo.

IX. Sed in propositione, peccatum actuale, siue personale, quomodo nominatur? An, ut vnus, idemque, ut non tantum omne actuale, sit personale: sed etiam omne personale actuale? quomodo videtur Driedo in hoc ipso argumento. An vero, ut diuersa? At prior acceptio falsa est. Quia originale est personale, quoniam non sit actuale. Falsum est etiam, non denunciari cruciatum, nisi peccato actuale. Nam denunciari etiam originali, prolixè disputatum est capite tertio.

Vnde constat enumerationem Salmeronis, partim non esse sufficientem, partim multa falsa sumere, quia & alij sint loci, quos ille omisit, & ex iis, quos non omisit, quidam hoc ipsum euincunt, de quo nunc est quaestio.

X. Quinta ratio. Quum duo in peccato inueniantur, alterum auersio a summo bono, alterum conuersio ad bonum creatum, duplex proinde poena peccato debetur. Primo, respondet priuatio visionis Dei in aeternum. Secundo vero poena sensibilis, quae mensuratur cum delectatione habita in peccato. At pueri nullam habuere in peccato delectationem. Nullam ergo sentire poenam affligentem debet. Et haec ratio a Thoma mutuo sumpta est.

XI. Respondeo, primo falso poenas ita discerni. Nam auersio a Deo meretur non tantum priuationem illam, sed etiam poenam sensibilem, ut antea dictum. Secundo, illa duo non re differre, sed ratione. Itaque in quolibet peccato inueniri. Omnino enim fieri non potest, ut quicumque creatum auertat se a Deo, ut non conuertat se ad creaturam, siue aliam se, siue se ipsam. Itaque in peccato originali, vtrumque illud esse. Ac proinde mereri, vtrumque genus poenarum.

XII. Sexta ratio: Cum Deus pronior sit ad miserendum, quam ad puniendum, derogat eius bonitati, quod aliquem pro eo quod vitari non potuit, eruciet. Quare actuali peccato poena debetur, non originali, quod nullam habuit delectationem.

XIII. Respondeo, hoc argumento amoueri omnem poenam, non tantum illum cruciatum ignis aeterni. Nam cruciare, est punire, sed seuerius. At illa necessitas non plus, aut minus respicit, sed omnino poenam. Nam si vitari non potuit: statim concludet humana ratio (qua sola hoc argumentum nititur) nullam esse culpam. Ideoque nullam deberi poenam. Itaque, peccati,

peccati originalis omnino pœna nulla futura est. Quod si est absurdum: Ergo illud non est vnuerſaliter verum. Deinde etiam cruciatus corporei tolerantur. At manifestum, infantes cruciatis corporeis esse obnoxios, æque ac prouectiores. Quid ergo? Nempe hoc potius. Fatendum hominibus non esse penetrabilia omnia arcana diuinæ Iustitiæ. Neque propter imbecillitatem ingenioſi nostri, negadã Scripturæ veritatem. Porro, peccati ratione esse in ipsa voluntate, nimirum, vt nullum peccatum sit inuoluntarium. Potest autem aliquid esse necessarium, vt tamen sit voluntarium: Nempe hoc ipsum originis peccatum. Paulus docet ad Eph. c. 2. *Inter quos & nos omnes conuersati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ facientes & diligentes* *τὴν σαρκὸς, ἡ τῶν διανοιῶν, voluntates carnis & cogitationum, et amissis naturam filij iræ, vt etiam reliqui.* Nihil certius. Necessitas disera: nam, quæ naturalia sunt, ea sic necessaria, vt vitari non possint. Et tamen voluntas: Faciebamus enim voluntates carnis. Quare omnino concedendum, peccatum originis esse necessarium: quia naturale: & tamen voluntarium, quia secundum voluntatem carnis, vel potius voluntas ipsa carnis.

XIV. Septima ratio: Omnes in gehennam damnari, qui pœnam sensus experiuntur, vellent magis non esse, quam esse. Probatur ex Glossa in Hierem. 20. *Melius est non esse, quam in suppliciis esse.* Imo multi ad euadendas huius mundi angustias, mortem optant, quidam etiam olim sibi vitam eripuerunt. At infantes non appetunt non esse: imo malunt sic esse, quam non esse. Probatur ex Augustino, lib. 5. contra Iulianum c. 8. ergo infantes non puniuntur pœna sensus.

XV. Respondeo, primo quid velint, aut nolint infantes in inferis, nemini reuelatum esse, Augustinum nonnihil coniectasse. Sed nullas cuiusquã hominis coniecturas, idoneum esse veritatis fundamentum. Secundo propositionem Augustinus constanter negabit: eo ipso loco, quem Salmero citauit, *Ego a non dico paruulos sine Christi baptisimato morientes, tanta pœna esse plerendos, vt eis non nasci potius expediret, cum hoc Dominus, non de quibuslibet peccatoribus. sed de celestissimis & impiissimis dixerit.* An non perſpicue? Nam alioquin Augustinum credidisse infantes puniri pœna ignis, non ambigit Salmero. Quare non putauit August. consequens, nõ puniri igne infantes, etiam si maluit ibi esse, quam omnino non esse. Porro si Augustini sententia vera est, tum illi Glossatoris illius, aut falsa est, aut restringenda. Viderit Salmero vtrum malit. Nam vttrum eligat, perit eius argumentum.

XVI. Octaua ratio, Si post mortem, illi detenti originali peccato dolebunt, tum vero dolebunt, vel de culpa, vel de pœna. At non de culpa, nam iusti essent, & amici Dei. Nemo n. vere de culpa aliqua pœnitentiam agit, nisi aliqua Dei gratia prœueniatur. Si de pœna. Ergo dolebunt de re iusta. Nam omnis pœna à Deo inflicta, est iusta. Si dolent de re iusta: ergo iniusti euadunt, & malam habent voluntatem: ergo, tum non solo originali peccato detinerentur, sed etiam actuale impunitiæ crimen incurrerent.

XVII. Respondeo, primo: argumentum esse cõmune etiam peccatis actualibus, quæ gesta sunt in carne. Nam Paulus 2. Corinth. 5. docet, vnumquæque reportaturum, quæ in corpore fecerit, congruenter ad id quod fecerit, vel bonum, vel malum. Quid ergo isti dolebunt, an non dolebunt? Si nõ dolebunt, non erant miseri. Si dolent: ergo vel de culpa, vel de pœna: Et cætera similiter, vt tandem concludamus, vel iustos esse, vel non detineri solis iis peccatis, quæ gesserunt in corpore. Quod si hæc absurda est *λογία*, qui possit laudari Iesuiticum acumen, non video. Porro laborat vtroque membro argumentum. Nam in priori, quod sumitur, dolent de culpa, ergo sunt iusti: ineptum est. Nam Iudas doluit de culpa. Matthæi 27. *Tunc Iudas, qui eum prodiderat, videns eum damnatum esse pœnitens, retulit triginta argenteos nummos ad Principes Sacerdotum, & Seniores, dicens, Peccavi pro dolo sanguine innoxio.* Et tamen Iudas non fuit iustus. Quid ergo? Nempe falsum, neminem pœnitere, nisi Dei gratia prœueniat. Est enim quædam pœnitentia ad salutem, & hæc tantum à gratia Dei: alia pœnitentia ad interitum, & hæc non à gratia, sed ab ira Dei, 2. ad Corinth. 7. *Qui secundum Deum est dolor, is resipiscentiã efficit ad salutem, cuius nunquam pœnitentia: at mundi dolor mortem efficit.* Pœnitentia autem illi, detenti solo originali, dolere dolorem non secundum Deum: ac proinde non esse iusti.

XVIII. Iam in altero membro puerile est nügamentum. Si dolent de pœna: ergo de re iusta dolent. Esto: nõ id commune omnibus, apud inferos: nisi forte nulli apud inferos dolent: quod est absurdum. Sed si dolent de re iusta: peccant. Esto & hoc, inquam. Nã & diaboli quotidie peccant, in suis tormentis. Ergo inquit, non solo originali detinerentur. At qui Sophista, hæc nulla nostra est quæstio, vttrum detineantur etiam ob alia peccata. Sed, vttrum non iusta detinendi causa, originale. Quemadmodum n. in Diabolis: etiam si ponantur nihil aliud vnquam peccasse, quam illud primum Apostasiæ peccatum: ea tamen erit sufficiens eorum detinendorum causa: nec tamen obstat, quominus ei peccato deinceps alia quotidie superaddant. Sic nihil absurdum, si, quum dixerimus, peccatum originale solum sufficere ad æternam damnationem addamus peccati etiam insuper dolore illo de pœnis. Quamquam, inquirant illi, quibus vacat in rebus religiosis *ἀεθατῶν*. At sobrius, quæ non sunt reuclata, eadem sunt *ἀπολυπηγώνιουτα.*

XIX. Nona ratio. Si pueri post hanc vitam dolore aliquo affliguntur: ergo vel cum spe euadendi tandem: vel absq; vlla spe. At spem nullam euadendi habent: sunt enim in statu immobili. Si a. spem nullam habent euadendi: ergo desperationis crimine inuoluntur. At desperatio pœna est maxima. Maxima a. pœna non spectat ad pueros: primo, quia sunt pœna mitissima plerendos, teste Augustino: secundo, quia diuina ordinatione constitutum est, vt quocumque loco ceciderit lignum, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi sit: ideoque non potest homo nouam voluntatis dispositionem habere post mortem. Quare pueri, qui in vita nullam habuerunt voluntatis deordinationem, non possunt contristari de statu illo, in quo Deus illos esse voluit.

XX. Respondeo, nullam esse infantibus, spẽ euadendi: sunt n. missi in ignem æternum, qui non extinguuntur. Ergo alterum verius. Ergo inquit Salmero, desperabunt. Esto, inquam, id est nunquã sperabunt se exituros. At illud maximum est supplicium. Negatur. Nam desperatio est omnibus damnatis communis. Quare, omnes damnati maximo afficerentur supplicio: ideoque omnes æquali: quod tamen falsum. Imo proprie, desperatio, non est supplicium: sed supplicij conſectaneum quidam: ac proinde mensuratur eadem mensura cum supplicio. Vt in civili iustitia: quicumque damnati sunt sententiã suppremi iudicis, à quo nulla est prouocatio, desperant se euadere supplicium assignatum. Sed quia supplicia sunt diuersa: ideo desperatio non eadem. Hic

Tom. III.

desperat se euasurum sutes: ille crucem, alius aliud. Similiter in inferis: desperant sane Coracitæ, & Bèthsaiditæ: desperant etiam Tyrij, & Sidonij. Et tamen his Dominus testatur mitius esse.

XXI. Quamquam, non est concedendum, nullam homines habere post mortem suæ dispositionem voluntatis. Auferretur n. ab eis liberum arbitriũ quod tamen Diabolus est integrum: qui volunt: nec coacte volunt: quod fieri potest. Nec tamen homo magis peccauit, quam Diabolus: vt magis puniatur. Tum a. supplicia æterna non destruunt naturam humanam. At hæc nulla est, si nulla est voluntatis dispositio. Locus a. ille ex Ecclesiasticis vñdecimo, nullam vim habet. Nam, quis hoc tribuit, siue Scoto, siue Salmeroni: vt illud, *ibi erit*, intelligant de voluntatis dispositione, & non de pœnis: vt sensus sit, in iis pœnis mansurum vnumquẽque, ad quas ab excessu damnatus fuerit? Quamquam aliæ adferantur eorundem verborum explicationes: quas nunc excutere non vacat. Ne illud quidem verum in pueris nullam esse voluntatis deordinationem: nam ipsum peccatum originale est voluntatis deordinatio.

XXII. Decimã rationẽ Vasques habet: quia pueri non sint capaces pœnæ ignis. Nã dolor & cruciatus ab igne profectus, habent vim cuiusdam increpationis, veluti flagella, quibus malefactores afficiuntur. Quis a. dicat puerum etiam à Deo digne flagris verberari propter peccatum, quod ex culpa parentum contraxit? Quia de tali peccato reprehendi nequit, nec propter illud flagellis verberari, multo minus igne aut alio tormento digne torqueri potest. Pœna enim tormentorum rationem habet vituperij, & exprobrationis cuiusdam: hæc vero nullus dignus est, nisi propter illa, quæ in sua sunt potestate, teste Aristotele 3. Ethic. c. 5.

XXIII. Quis dicat, inquit? Quasi neminẽ speraret satis constantem, qui nomen profiteri aulit. Sed nos profitebimur: qui & credimus, & profite mur infantem à Deo digne, imo merito iure flagris verberari: imo igne æterno damnari, propter peccatum ex culpa parentum contractum. Quid nos dico? Apostolus prohibet ipse, clamans, nos natura esse filios iræ. Quid tibi ira videtur, Vasques? nullane increpatio? nullum flagellum? Sed brutum aliquod fulmen, quod sono terreat, malo nullo mulcet? At tu audi, ad Romanos, *Regnaui mors ab Adã vsq; ad Moſen, in eos quoque, qui non peccauerunt in similitudinem transgressionis Adã.* Audi rursus, *Iudicij ex vno, in condemnatione: vel clarius interprete Beza: Reatus ex vniuersa offensa introiit ad condemnationem.* Eheus tu: qui ne increpationem, ne vituperium quidem ferre potes, non audis *κατὰ τὴν ἡμετέραν, condemnationem*, Nisi forte, condemnationem mollius aliquid sonare putes, quam increpationem, quam vituperium.

XXIV. Sed Aristoteles censuit vituperio, exprobratione neminẽ dignum nisi propter illa, quæ in sua sunt potestate. Nimirum, ita falli merentur, qui iudiciorum diuinorum regulã constituunt Aristotelicam philosophiam. At nos Paulina Philosophia docuit, non tantum vituperio, aut exprobratione dignos esse natura homines, propter peccatum Adã sed etiam ira, sed etiam condemnatione. Itum, Vasques, & Aristotelem obicitio Christianis. Non potuit: non potuit ille, nisi balbutire de humanis iudiciis: ne tu putes diuinorum *ἐργῶν* fuisse.

CAP. VI.

An patres euincant, peccato originali nullam deberi pœnam sensus.

I. S. V. perfunt Patres: de quibus tres solos Bellarmin. recenset, Nazianzenum, Ambrosium Augustinum. Quartum Salmero, Innocentium III. Quintum Eugenium IV. Postremo demum loco, totã pœne scholam Theologorum Sed istos Salmeronis testes, laudet sane Salmero: Catholici nunquam admittent. Illos potius Bellarmini examinemus. Nam, etsi non dominantur fidei nostræ: vt nihil necesse sit ab iis dicta adorari: tamen non non sunt, absque honoris præſtatione amouendi.

II. Nazianzenus ergo oratione de Sancto Baptismo, tres gradus numerat *τῶν ἀποστολικῶν βαπτισμάτων*, eorum qui Baptismum non assequuntur. Esse enim alios, *παιδικῶς κτηνοειδῶς, ἢ δουλοειδῶς, προφρεῖς βριμῶς & σφοδρῶς*: quibus præter alia crimina, ne baptismus quidem venerabilis sit. Alios, *γενναίων καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν* agnoscere ac venerari eius Sacramenti donum: sed differre, vel *ἀγνοῦντα* *πρὸς τὴν ἀκαθαρσίαν, & σφραγίδα*, vel *διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν*, quia expleri nequeant voluptatibus mundanis. Alios denique; *ὅσοι εἶναι εὐδαιμόνιοι τῷ θεῷ ἀδύνατον*, ne posse quidem accipere, *ἢ ἀγνοῦντα τὸν ἄριστον, ἢ τινὰ πλείους ἀποστολικῶν ἀρετῶν*, siue forte propter infantiam, siue inuitos propter inopinatum aliquẽ casum. Istis ordinibus totidem assignauit Nazianzenus pœnarum gradus *ἢ γυμνασία*, inquit, *τῶν κατὰ τὴν παιδικὴν ἢ δουλοειδῶς, ἢ κατὰ τὴν ἑσπέραν* Censuo illos pœnas daturos, tum reliquorum criminum, tum spreti Baptismi. Secundos daturos quidem, sed leuiores: non tam nequitia propria, quam *ἀνομοί* seipsos priuarint; *τὰς ἢ κατὰ τὸν νόμον ἀποδοῦναι μὴ τὴν κολάσην ἀποδοῦναι*, tertios neque glorificandos neque puniendos, *ὡς ἀσφοδρῶς ἢ ἀκαθαρσίαν*, *ἀποδοῦναι* vt pote neque signatos, neque malos. Tum addit, *ὡς γὰρ ὅσοις κολάσην ἀποδοῦναι, ἢ κατὰ τὴν ἑσπέραν, ὡς πρὸς τὸν θεὸν ἢ κατὰ τὸν νόμον, ἢ κατὰ τὸν νόμον*. Neque enim quisquis dignus supplicio non est proutinuis honorem quoque meretur: quemadmodum, neque quisquis honore indignus est, statim etiam pœnam promeretur.

III. Ambrosius in 5. ad Rom. *Mors dissolutio est corporis, cum anima à corpore separatur. Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehenna: quam non peccato Adã patimur: sed eius occasione, propriis peccatis acquirimur: à qua boni immunes sumus.* Quum fateatur, inquit Bellarminus, omnes peccasse, non potest negare omnes quoque pariter puniendos, nisi remissionem obtineant. Sed certum pœnæ genus ab illis remouet: qui nihil propriis actibus meruerunt. Illud autem pœnæ genus non potest esse aliud, nisi pœna sensus.

IV. Augustin. lib. 3. de Libero arbitrio, c. 15. *Discunt: Quales in futuro iudicio deputabitur, cui nec inter istos locus est, quoniam nihil recto fecit: neque inter malos: quoniam nihil peccauit. Quibus respondetur: ad vnuerſitatis complexum: Et totius creaturæ, vel per locos, vel per tempora ordinatissimam connexionem, non poss. superfluo creatur qualemcunque hominem, ubi solum arboris nullum superfluo creatur: sed sane superfluo quærit de meritis eius, qui nihil meruerit. Non enim mettendum est, ne vna potuerit esse media quadam inter recte factum à quo peccatum: & sententiã iudicis media esse non possit, inter præmium, at que supplicium. Nec tamen (addit Bellarminus) hanc sententiã retracta-*

H

VI.

V. Idem Augustinus cap. 8. libr. 5. contra Iulianum, *Ego non dico paruulos sine Christi baptisate morientes, tanta pena esse plectendos: ut eis non nesci potius expediret.* Et rursus, *Quis dubitauerit paruulos non baptizatos, in damnatione omnium leuissima futuros? Quae, qualis, & quanta erit, quantum desinare non possim, non tamen audeo dicere, quod eis, ut nulli essent, quam ut ibi essent potius expediret.* Hic Bellarminus duo notat. Primo: non ausum Augustinum pronunciare de paruulis sententiam illam Domini, *Melius erat ei, si natus non fuisset homo illo:* quum tamen de omnibus pronunciare posse videatur, qui sempiterno igne in gehenna cruciantur. Secundo: nunquam affirmate voluisse paruulos in specie torqueri poenae sensus, sed tantum, in genere, poenam aliquam sustinere: Non enim tantum dicit se nolle definire, quanta sit: sed etiam, quae qualis: quanta. Quae verba satis indicant, de ipsa specie poenae Augustinum fuisse incertum.

VI. Respondeo: primo non esse in his magnum momentum. Quia Patrum priuatae sententiae non sunt certae. Esse autem has priuatas, manifestum: quia tam pauci sunt auctores: nimirum tres ad summum: quia alij in contrarium abeunt: quia denique, ne ipsi quidem Papistae, audent hanc sententiam pro certa definitaque proponere. Sed maxima causa; quia disceditur à Scripturis: de quibus alias dictum.

VII. Secundo, ut de singulis respondeam: incipiam ab Augustino: definamque in Nazianzenum. Eos libros de Libero Arbitrio Augustinus inchoauit tantum baptizatus, absoluit presbyter. At postea longiore vsu exercitus sententiam mutauit. Imo, inquit Bellarm. nunquam retractauit. Imo, inquam ego, et si non nominatim retractauit, tamen re ipsa improbauit. Salmeron, *Sic eo loco loquitur est August. et si ipse constanter aliter definiuit, Audin? definiuit. & constanter definiuit. Potuit-ne, ut nihil retractaret? Itaque hic Augustini locus non iuuat Papistas.*

VIII. Multo reliqui minus. Nam primo ex iis directe Bellarminus non argumentatur. Non igitur hoc ipsum Augustinus aperte definit, infantes non torqueri. Quid ergo? Non ausus est de infantibus illud asserere, *Melius esset, si natus non fuisset, Audio:* Sed in eo quae vis est argumenti? Nimirum, quia id videtur de omnibus dicendum, qui sempiterno igne cruciantur. Videtur autem? At non Augustino: qui eo ipso loco negat dictum, nisi de secleratis: ut obseruauimus capite praecedenti, ad septimam rationem. Sed quid rursus Augustinus? Non definit, quae, qualis, quantaue sit poena. At hoc mendacium. Nam ex duobus membris, tria Bellarminus facit. Augustinus enim negat se posse definire, qualis, quantaue sit. Sed quae sit, non negat: & Bellarminus nimis imperiose lectoribus abutitur; dum, quae uolum, quae tantum hanc periodum necit praecedenti, membrum facit separatum. Ita enim construitur. *Quis dubitauerit paruulos non baptizatos in damnatione omnium leuissima futuros? Quae damnatio, qualis, quantaue sit. Hanc constructionem, nisi Iesuita, nemo neget. Itaque falsa, quaecunque inferuntur. Nam quae sit illa poena, Augustinus definiuit: & constanter definiuit, teste Salmerone: nimirum poenam sensus. Quare omnino Augustinus non fauet Papistis.*

IX. Quid Ambrosius? Quamquam ille commentarij in Epistolas Pauli; vix Ambrosij censentur, consentiente Bellarmino. Praeterea locus admodum perplexus: & sine dubio corruptus, ac proinde, ni fallor, haud totus recitatus, siue à Bellarmino, siue à Salmerone, *Mors dissolutio corporis est, quum anima à corpore separatur. Est & alia mors, quae secunda dicitur, in gehenna: quam non peccato Adae patimur: sed eius occasione propriis peccatis acquiritur, à qua boni immunes sunt: tantum, quod in inferno erant, sed superiori, quasi in libera, quia ad caelos ascendere non poterant. Sententia enim tenebantur data in Adam: quod chirographum in decreto morte Christi deletum est. Sententia enim decreti fuit, ut unius hominis corpus solueretur super terram, anima uero vinculis inferni detenta exitia pateretur.* Haec ille: ex quibus, si mihi Bellarminus, si Salmeron commodum sensum eruat, esto tum mihi magnus Apollo.

X. Verum his missis: rem ipsam inspiciamus. Mortem ille geminam facit: unam primam: quae sit corporis dissolutio: alteram, secundam: quam non peccato Adae patimur: sed eius occasione, propriis peccatis acquiramus: & à quo boni sint immunes. Quid hic Iesuitae habent, quo triumphent? Ego quidem non video. Nam primo, mortem primam intelligi vult tantum separationem corporis & animae. Ergo mortem secundam: quicquid exinde consequitur sinistra. Quid ergo? nostri-ne audebunt Iesuitae in infantibus, nihil ponere praeter meram separationem animae & corporis: At qui alij priuationem visionis Dei addunt: Bellarm. etiam dolorem. At certe separatio animae & corporis, non est priuatio visionis Dei: alioquin omnes sancti, qui vere mortui sunt, Deum non viderent. Tum autem in resurrectione, etiam pueri viderent Deum: quia liberarentur priuatione illa. Non potest ergo iste qui solus est, sentire cum Iesuitis. Secundo à morte secunda solos eximit bonos. At infantes non inter bonos. Ergo ne infantes quidem exempti ab hac secunda morte. Sed haec non congruunt cum eo, quod idem dixit, hanc secundam mortem quemque mereri propriis peccatis; & non Adami peccato. Et fateor hic aquam haerere. Sed quia certum mereri pueros plus quam mortem primam, aut peccata propria eos habere necesse; aut quod verisimilius, non satis considerate loquutum hunc autorem, quicumque sit.

XI. Possit sensus esse, idem qui initio lib. i. Hypognothicon: siue hoc opus Augustini sit, siue alterius cuiuslibet; ut docti plerique iudicant, *Mors ex inuidia Diaboli ueniens introiit in orbem terrarum, & Deo iudice iusto pro poena in peccatore permixta est dominari. Recte n. perdidit vitam, qui mortem uoluit cause pro ducta, ne vitam perderet. Tam n. uerax & misericors Dominus non latetur in perditione uiuorum. Quae est perditio uiuorum nisi mors? Sed uiuorum male uiuentium, qui in secunda morte peribunt: non uiuorum iustorum, id est, qui ueniunt Deum, quibus tantum propter peccatum Adae quod traxere nascentes, mors non secunda, sed prima debetur.* Haec ille: quorum sensus: mortem esse perditionem uiuentium: scilicet, cui intelligitur connexa mors secunda. Ab hac autem morte secunda eximi eos, qui uiuendo, iusti fuerunt: & quae fuerunt Deum: et si iis nihilominus subeunda sit adhuc prima; propter peccatum, quod ab Adam ad eos peruenit. Sensus hic est perspicuus, ut mirer Salmeronem ausum esse in partes suas trahere: qui solam mortem diceret primam deberi peccato originali. Quod tamen ille ne cogitauit quidem.

XII. Nazianzenus tandem solus superest, cuius uerba disertiora, quam ut negari possint: nos etiam sinceriores, quam ut torquere velimus: Omnino uidetur ille in ea fuisse sententia, quam hodie propugnant Iesuitae. Quid

ergo? Nempe, quum Augustini autoritate nolint se premi Iesuitae, neque profiteri vereantur eum hac in re excessisse: ne indignentur, si non s' audiant, cum bona uenia, discedentes à Nazianzeno, ut ne à Scriptura discedamus. Maxime, cum priuata fuerit eius sententia: quod ipse professus est: *inquit, existimo: sed & periculosa.* Nam Nicetas annotauit, *Tres, ut opinione assequor, gradus existunt: unus eorum, qui supernis deliciis perfruuntur: aliter eorum, qui supplicii aeterni excruciantur: medius eorum, qui nec caelestis regni voluptates sentiunt, nec poenis ullis torquentur.* Vnde triplex post hanc vitam lotus aeternus manifeste concluditur: contra Augustinum ex professio disputantem aduersus Pelagianos.

CAP. VII.

De peccato Veniali & Mortali.

I. His absolutis de poena Originalis peccati, deueniendum ad poenas actualium peccatorum: quarum occasione, celebris distinctio est in Venialia, & Mortalia: de qua disputarunt, Bellarminus de Amissione gratiae libro 1. ex professo, ast obiter, lib. de Purgat. c. 11. Panigarolla disc. 12. Vigor. ser. 24. in symb. Loricatus in fortalio, haeresi 2. de Peccato. Sonnius Demonst. tract. 9. c. 2. Franciscus Horantius locorum Catholicorum libri 5. cap. 26. Feuardentius Theomachia 12. & libro, & capite. Vasques in 1. 2. disp. 142. Andradius Orthodoxarum explicationum libr. 3. Alphonsus de Castro libr. 12. haeresi 11. de Peccato. Salmeron in 1. Ioannis disp. 32. Gregorius de Valentia commentariorum Theologicorum, tom. 2. disp. 6. quaest. 8. Petrus Cotonus Institutionis libr. 3. c. 6. Bailus Catechismo Controuersiarum tract. 4. q. 13. Zacharias Bouerius in tertio Symbolo cap. 6. Becanus summæ Theologiae p. 2. tr. 2. c. 2. Hi omnes Papistae.

II. Catholici. Caluinus Institutionis libr. 2. cap. 8. extremo: & capitis 4. sect. 28. Bullingerus Decadis 3. sermo. 10. Musculus in locis communibus cap. 5. de Peccato. Melanchthon in locis communibus, capite de Discrimine peccati venialis & mortalis. Zacharias Ursinus in locis communibus, quaest. 2. de Peccato. Antonius Sadeel de Vera peccatorum remissione, cap. 3. & contra Burdigalensium Abiurationis artic. 36. Dauid Pareus in Examine libri primi Bellarmini de Amissione gratiae. Ioannes Rainoldus in censura librorum Apocryphorum, pralect. 164. Andreas Riuetus in Summa controuersiarum, tr. 4. q. 13. Io. Scharpius, libri de Statu hominis sub peccato, c. 17.

III. Veniale, Mortale, nomina sunt imposita à uenia & morte, quae opponuntur uenire se, ut poena, & liberatio à poena: ut mortale esse oporteat reum mortis, id est, poenae: Veniale autem contra. Sed imponendi ratio gemina: una ab ipsa peccati natura: altera ab euentu. Illa, ex interna eius proprietate secundum grauitatem, leuitatem -ve. Ista praeter naturam, & per accidens: id est, propter aliquas causas, quae non sunt de essentia peccati.

IV. Papistae priorem causam amplexi sunt: unde definitiones: primum Venialis: apud Sonniū: quod uenia dignum existit propter exiguitatem offensae: Panigarollam, quod nobis non aufert gratiam, & eiusmodi, ut si moreremur illo nondum expiato, morte tamen aeterna non damneremur: Bellarminum, quod non nihil impedit cursum ad Deum, non tamen ab eo auertit, & facili negotio expiatur: Alphonsum de Castro, quod ex se & sua natura, est tam leue, & tam minutum, ut non valeat aliquem priuare gratia diuina, aut facere illum Dei inimicum, aut reddere dignum morte aeterna: Horantium, quod suapte natura leue, exiguum minutum, rationi rectae & caritati parum dissonum mortem non inferens, neque gratiam oppugnans, neque contra caritatem bellum mouet.

V. Mortalis: apud Sonniū, quod aeterna morte dignum, ac punibile damnatione perpetua in stagno ignis & sulphuris, quae est mors secunda: Bellarminum, quod hominem profus auertit à Deo, & cui poena debetur aeterna. Panigarollam: quod diuina gratia nos omnino spoliat, & qui eo motus, moritur pollutus, aeternis suppliciiis cruciatur. Alphonsum de Castro, per quod tollitur uita spiritalis animae, quae est per gratiam, qua sublata recedit statim Deus ab anima, in qua habitabat, & inde continuo sequitur mors.

VI. Porro Maior in secundum Sententiarum distinct. 42. peccatum esset dici de veniali & mortali aequiuoce, ut animal de homine & boue: esseq; contra legem Dei atrumque: Nimirum significans, secundum eandem peccati definitionem, utrumque vere & proprie peccatum dici. Cui pauci uidentur alij consentire, ut Roffensis ad articulum Lutheri 32. Bayns lib. 2. de Meritis operum, c. 8.

VIII. Sed contra Thomam 2. q. 88. art. 1. hanc diuisionem negat esse generis in species, quae aequaliter participant rationem generis: sed analogi in ea de quibus praedicatur secundum prius & posterius. Itaque perfectam ratione peccati conuenire mortali: sed veniale dici secundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale: sicut accidens dicitur ens in ordine ad substantiam, secundum imperfectam rationem entis: *Non n. inquit, est contra legem: quia uenialiter peccans, non facit quod lex prohibet, nec praetermittit id, ad quod lex per preceptum obligat: sed facit praeter legem: quia non obseruat modum rationis, quem lex intendit.* Consentit Thomae Angelus de Claasio in summa: sed & Caietanus propugnat aduersus Durandum.

VIII. Quorum autem naturam adeo discernunt: eorumdem etiā poenas longe alias atque alias disparant. Nortalia mereri poenam aeternam omnes at venialia, Sonnius temporalem correctionem. Caietanus in summa, ueniam à Deo amico: quemadmodum in humanis amicitias, si quid displicens amico, saluo tamen amicitiae foedere acciderit, facile remittitur. Alij dicunt, mereri temporales poenas & expiari per aquam benedictam, per orationem Dominicam, & simile quid: cum mortalibus, solenniores, durioresque satisfactiones vix sufficiant.

IX. Venialia esse dicunt, alia ex genere suo, alia ex imperfectione operis. Illa, quae habent pro obiecto rem malam quidem & inordinatam, non tamen caritati, siue Dei siue proximi, repugnantem: huiusmodi esse uerbum otiosum Bellarmino, iocosum Horantio: risum, Bellarmino, nimium, Horantio leuem: & mendacium officiosum. Ista, quae tamen genere suo mortalia esse possint, tamen ob imperfectionem operis venialia efficiuntur: nec cum caritate pugnare iudicantur. Haec eadem duplicia, ex surreptione, uel parui-

paritate materiae. Ex surreptione, quae non perfecte voluntaria: quales subiti motus cupiditatis, irae vindictae, & similes, qui prius in animo existunt, quam ratio plene deliberare potuerit, essent admittendi nec ne: peccata quidem, quia praevenerunt, subitoque repelli potuissent venialia tamen, quia pleno assensu voluntatis caruerint. Ex materiae paritate, quae in re parva leuique admittuntur: furtum vnius oboli, quod neque proximum notabiliter laedit, neque huiusmodi, ut apud homines aequos tollere queat amicitiam.

X. Haec scilicet à Papistis assignatur ratio peccatorum: distinguendorum à sua natura. At Catholicorum primo censent omnia peccata esse digna sua poena per propriam naturam, & intrinsecam rationem. Veniam autem esse liberationem ab ea poena, itaque à Papistis opponi. Porro utramque pendere à legitimo iudice: sed poenam, secundum legem iudicante: veniam autem praeter & supra legem indulgentem. Quare nullum peccatum à se suaque natura dici posse veniale. Imo hanc esse manifestissimam contradictionis implicationem, ut quicquam sit peccatum, & tamen à se veniale; siue quod idem est, mereatur veniam. Si non mereatur veniam, ergo & liberationem à poena: ac proinde nullam poenam: Quod si nullam poenam mereatur, ergo nullum habet reatum: nam reatus, est meriti poenae. Si nullus reatus quomodo peccatum? Itaque recte Altenstaig. *Dicitur peccatum veniale, non ideo quia mereatur veniam: hoc enim est falsum: quia nullum peccatum potest habere rationem ad meream lam veraciter veniam, imo demeretur.* Deinde, si veniale, ergo ratione poenae, vel temporalis, vel aeternae. At non temporalis: nam, ipsis fatentibus Papistis hanc mereatur: est a. absurdum ut idem peccatum, quam à se mereatur poenam eiusdem à se mereatur veniam. Sed neque aeternae: quia hanc non mereatur, si illi vere sentiunt: absurdum est a. eius dari veniam poenae, quam nemo est commertus. Fra ter rationem igitur aliquod peccatum dicitur veniale sua natura.

XI. Quae cum ita sint, superest ut aut nullum dicatur veniale, aut dicatur ab euetu, nimirum cui venia indulgetur à iudice, propter aliquam causam ipsi peccato extrinsecam: adeo ut venia sit penitus accidentaria. Quam rationem, ne Papistae quidem ignorarunt. Bellar. *Peccatum veniale ab euetu dicitur, id quod per poenitentiam expiatur.* Horantius, *Veniale aliquando ab euetu dicitur quodcumque, etiam graue peccatum, si quidem veniam habeat, quam nos tandem obtineamus.* Et olim Alcuinus de Confessione, *Credo mihi totum veniale erit, quod peccasti, si confiteri non erubescas, & per poenitentiam purgare curaueris.* Scilicet non quod talia sint, quae vindicari non debeant: sed quod talis Deus, qui vindicare nolit: id est, nolit mortem peccatoris.

XII. Hanc a. non esse diuisionem peccatorum legitimam: siue generis proprii: siue analogi, sed duntaxat accidentariam. Neque n. legitimam diuisionem potest utrumque membrum de eodem praedicari: prout docent Papistae nunquam fieri posse mortale, id quod sua natura veniale est: nec sua natura veniale, id quod sim mortale. Ast hic, vnum ideoque genus peccati, imo vnum idemque peccatum in indiuiduo, & mortale est, vere proprieque sua nimirum natura & veniale per gratiam. Sic veniale fuisse credimus non tantum Abrahamo mendacium officiosum de vxore sorore: aut Virgini Marti impatientiam in nuptiis in Cana, aut Petro dissimulationem apud Iudaeos: sed etiam Adamo crimen illud, quo peccatum inducendum est in mundum: Dauidi adulterium coniunctum homicidio: Petro abnegationem magistris, Paulo furorem in persequenda Ecclesia.

XIII. Nimirum ea fuit Veterum loquendi ratio Athanasio, in de Comuni esetia, *ὅτι τῆς ἀμετρίας ἀπολύτως ὁ ἀπὸ τοῦ οὐνοῦ ἐπιπέσει καὶ μετανοήσει.* Non est peccatum apud Deum veniale, in iis qui ingenue, & ut par est poenitentiam agunt. Thoma quest. 88. art. 2. in 1. secunda. *Dicit Ambrosius, quod omne peccatum per poenitentiam sit veniale.* Et Bellarmino ab eodem Ambrosio: citat ex c. 14. de paradiso, *Veniabilis culpa, quam sequitur profectio dilectorum.* Ex autore de vera & falsa poenitentia apud Augustinum c. 18. *Quaedam peccata sunt, quae sunt mortalia, & in poenitentia sunt venialia.*

XIV. Hinc facilis constitutio controuersiae: ut quaratur: Vtrum si coram Deo aliquod sua natura peccatum tale, ut, ob id admissum, non possit quemquam Deus punire poenis aeternis. In ea Catholicorum partes sunt negandi, Papistarum affirmandi.

XV. In quo Catholicorum causa, quanto sit securior, audite à Bellarmini breuiatore Bapista Desbois, ad caput 11. libri 1. de amissione gratiae, *Certe, si quis dicat, inquit, aliquod non esse peccatum veniale, quod tamen tale est, non est credibile propterea damnari.* Ita nostrum, si quod in hac controuersia peccatum erit ipsis iudicibus Papistis spes est nobis facile condonatum: nisi in odium nostri, suis ipsi legibus renuntient. Ast illorum: mortale: tum nobis iudicibus, qui veniale nullum admittimus, ne quidem in nobis ipsis, nedum illi sperare possint in se molliores: tum, credo etiam ipsis: quia nec materia erit exigua: nec vlla surreptio, genus autem ipsum, peccatum mortale. Adeo sibi cauent illi non prudenter:

CAP. VIII.

Calumniae Papistarum.

I. Ante quam disputetur quaestio; purgandae sunt calumniae, quibus, ut alias saepe, ita hoc loco caprata occasione Catholicos onerant Papistae.

II. Prima Cotonii, qui ausus asserere Venialis & mortalis distinctionem: non hanc accidentariam, sed illam aeternam, tandem fuisse agnitam à Caluino. *En tibi, inquit, ipsissima eius verba, Alia nobis habenda distinctio inter peccata: nempe alios peccata facere minora, condonataque facilia: alios rimina aeternaeque obsecros committere, quorum sit merces mors aeterna & non aliorum.* Et notat §. 4. capitis 11. Institutionis: tum arguitur, *Esse autem mortem aeternam mercedem, aliis minime, nonne id ipsum est, quod nos dicimus, alia esse mortalia, alia venialia.*

III. O tempora! o mores! Vnde haec nobis imposturarum monstra? Vt nihil pudeat! Et omnes modestiae metus sunt longe lateque migratae! Et quam diu nos, oportebit, quaelo, cum ingenis conflictari eiusmodi? Caluini locus ita est, *Sit altera quodam distinctio, Ex peccatis alia esse delicta, alia scelera vel flagitia. His posterioribus corrigendis non tantum adhibenda est admonitio, vol oburgatio.*

Tom. III.

tio, sed seuerius remedium: quemadmodum demonstrat Paulus, qui Corinthiis incestum non modo verbis castigat, sed excommunicatione punit, simulque de scelerate factus est certior. Intellectum. Cotonius aut habes-ne quod obtendas manum citaria tuae fraudi velum? Dixisse Caluinum scribebas aliorum peccatorum mercedem esse mortem aeternam, aliorum minime: & inde tibi argumenti robor. Vbi, quaelo, ea verba sunt? quis scripsit? quis legit? An tu elatus aulici fauoris aura, credidisti te iam in disputando regem esse, cui nemo auit? *τοφθαλμοί?* At nos constantiores: quam ut nobis imponat, siue scholastica siue aulica impudentia. Caluinus certe tum temporis, neque de morte aeterna neque adeo de vilo Dei iudicio: sed de censuris agebat Ecclesiasticis, siue ut est in capitis lemmate de *Ecclesiastica disciplina, cuius praecipuus usus in censuris & excommunicatione.* A qua materia, quantum recedat peccatum veniale & mortale, si nescis, quid tu tandem scire potes? aut quo iure praeter fers, siue iudicem, siue compositorem controuersiarum in Ecclesia?

Secundam calumniam Valques concinnauit. Caluino persuasum esse, nullum peccatum ex se mortale esse, sed omnia venialia. Immani quidem mendacio: sed quo pretextu? *Dixit haec verba, inquit, peccatum quoduis, quia lege Dei damnatum est, mortale esse fatemur: Aduersus Tridentinum Canonem Quare docet omnia peccata esse mortalia propter legem Dei: & nullum ex se mortale esse, sed omnia venialia.*

V. Imperite. Nam nos quidem paulo plenius imbuti Caluini sententia, concludamus potius ex iis ipsis verbis, omnia esse mortalia. Quare n. illud potius? At quis tam alienus à Theologia, ut, si peccatum mortale sit propter legem Dei, concludat, ergo non per se? Atqui, ne peccatum quidem vllum est, nisi propter legem Dei: nisi mentiatur Apostolus, qui dixit, omne peccatum esse *ἀνομία*. Mentitur Augustinus, c. 4. secundi de Consensu Euangelistarum, *Peccatum est legis transgressio.* Mentitur Ambrosius de Paradiso cap. 8. *Non consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Quid est n. peccatum, nisi praenariatio legis diuinae & caelestium imobedientia peccatorum.* Est igitur intrinseca natura peccati, ut sit contra legem: id est, damnetur à lege. Si est ergo ab ea causa peccatum mortale: profecto est à natura peccati: & si à natura sua peccatum est mortale: quid obstat, quominus dicamus ex se?

VI. Tertia calumnia foelennior est, & ad plures pertinens. Panigarolla, Caluinus audacter asseruit, nihil peccatum à peccato differre: aequalia esse omnia. Istuc ipsum asseruit Lutherus: hocque inter illos conuenit, ut statuerent paria esse peccata omnia. Veruntamen Deum, qui semper superbissimis istis gigantibus confudit labium, nec in hoc etiam diuinus eorum dissensiones latere permisit: nam continuo in contrarias opiniones abierunt. Et Lutherus dixit peccata omnia leniora esse & venialia. At Caluinus contra asseruit (vide quantum sit inter Euangelicos consensus) peccata qualibet esse mortalia. Et post, Caluinus censet perpetuis non cruciatibus afficiendos, si peccato aliquo teneamur, quodcumque id sit, eum de vita migramus. Haec ille Pantomimus. At Vigor, Caluini sit, qui se sibi persuadent esse praedestinos, atque electos: omnia peccata, quantumuis grauiora sunt venialia: adeo ut scortari, hominem occidere, furari aliaque id genus patrare: perinde sit illis, dummodo se credunt esse in electorum numero. En quomodo Caluinus haec docens, eo tendat, ut audaciam iter ad malum ageudum. Haec Vigor.

VII. Hydram habes calumniarum. Capita recole. Primum, constitui aequalia peccata. Alterum, Luthero constituti omnia venialia Caluino contradicere, constituent omnia mortalia. Tertium, à Caluino suis omnia venialia constitui. Quartum, eum in fine constitui venialia, quo maior sit audacia ad peccandum. Quorum, si vel vnum habeat speciem veri, nihil est quod ab iratissimis aduersariis recusare possimus. Sed, o, si poena rationis esset: Verum haud ita viuatur, & quidem sub Papatu.

Primum sycophantiam vnde colligit: Colligit enim neque dum tam audaces, ut legisse dicant apud Lutherum, Caluinum, quemquam nostrum. Occasionem indicauit Durandus pro Campiano contra Vuitakerum lib. 8. *In eo Caluinus peccata paria fecit, quod omnia mortalia, & aeternis digna supplicis censuris: & Gautierus tabula Chronologica seculi quarti in Iouinianistis: quorum sexum numerans articulum hunc de peccatorum aequalitate: Cui, inquit, non parum conformis est doctrina Caluini, nolentis audire peccata venialia: sed omnia definiens mortalia.*

IX. Sed Caluinus ipse & purgat calumniam & refutat argumentum. Institutionis lib. 3. c. 4. §. 28. *Scio quam inique doctrinam hanc nostram calumniatur. Dicunt n. paradoxon esse Stoicorum de peccatorum aequalitate, sed suo ipsorum ore nullo negotio conuincuntur. Quare n. annon inter ea ipsa peccata quae mortalia fatentur, aliud alio maius agnoscant. Non igitur protinus sequitur paria esse peccata, quae simul mortalia sunt.* En tibi, & calumniam, & iniquitatem. Ergo, in qua, Caluinus non agnouit peccata esse aequalia. Non ille, non ille erat, qui quae doceret, eadem solum obiecta sibi distimulare: nedum negare: quod quidem si induxisset in animum, poterat non quiere tantum, sed etiam laute viuere. Sed nunquam tam frigide affectus fuit in veritatem. Nunquam illi aut calumniam, aut iniquitatem causatus est, quum accusari se audiret, quod Sanctorum inuocationem tolleretur: Purgatorium reiceretur, Imagines detestaretur, alia plurima in Papistis reprehenderetur. Nimirum suam doctrinam non minus ingenue profirebatur, quam constanter tuebatur. Et experiri sunt nimio plus quam vellent Papistae, quanta eius esset *ἀπίστία*. Quis non videt hinc necessario confici, hanc peccatorum aequalitatem nullam esse eius doctrinam? Nisi forte accusatori, & quidem hostilem in modum inimico, plus fidei deferri aequum sit, quam reo constanter neganti.

X. Sed argumentis accusatoris deferri solet, Esto sane, & hi, si habent argumenta, ne sunt sycophantae. Sed nulla habent: coniecturam vnicam duntaxat, eamque futilissimam: quam ipsi, ipsi, inquam suo testimonio confutent plenissime. Omnia peccata mortalia sunt aequalia: At Caluino omnia peccata sunt mortalia: ergo Caluino omnia peccata sunt aequalia. En totum coniecturae momentum. At Caluinus, nego, inquit, maiorem. Imo potius: at ipsi mei Sycophantae, inquit Caluinus, negant maiorem. Satin solides? Sane, si vere. Sed verissime. Nam Somnius tract. 9. cap. 3. lemma praemissit, *Peccata mortalia, valde esse inaequalia.* Et in textu post multos à Scriptura locos, quibus & exempla exhibuit, & inaequalitatis rationem firmavit: *Nequaquam itaque paria sunt, inquit, omnia peccata mortalia: sed inaequalis malitia, demeriti & offensa.*

XI. Ergo prima calumnia purgata facilis. Secunda autem tertiaque quid impudentius? Vigor omnia clamat venialia constitui: at reliqui vociferantur asseri mortalia. Quanta dissensio? Susannam absoluit Daniel, ob len-

H 2

gele-

ongē leniorem incogitantiam edentule ram impostorum Impostores edentuli de re consentiebant: reprehentiam in se in adulterio Sufannam: tantum in loco variabant impostores edentuli: nec de loco etiam: nā & in horto, & sub arbore: tantum arboris nomen diuersum dabant. At hic nostri dentati impostores in ipso crimine tā diuersi abeunt, vt dentatus impostor alter rassermet: impostor dentatus alter neget. Certe, si Caluino peccata omnia mortalia: tu mentitus es in animā tuam, Vigor: qui dixisti eidem omnia esse Venalia Et si venalia, tu mentitus es, Panigarolla, tu mentitus es, Gautiere: qui eidē omnia mortalia pronuntiat. Sic impostorib edētulis Iudais Papistæ impostores dentati, ita similes sunt, vt tamen nequiores. Et audeat Panigarolla confusa gigantum labia obicere? Sed est tamen consensus. Nā & dum Vigor dolet venalia constitui: & dum Panigarolla, dū Gautierus ægre ferunt non constitui: indignantur omnes non constitui venalia. Et si venalia, aluinus concederet: tum neque ei Panigarolla, Gautierusve obijceret mortalia: nec, Vigor venalia. Tantus zelus est, tam Christianus.

XII. Hoc certius: cum vtraque pars seorsim mentiatur, ambas coniunctas verum dicere. Sed Panigarollam in eo mentiri, quum Lutherum Caluino dixit contradicere. Nam contra adeo verum ambos idem sentire: vt iisdem ferme vocib. suam quisque sententiā expresserit. Lutherus in resolutione super suis propositionibus. concl. 2. *Peccatum veniale non natura sua, sed Dei misericordia solum esse tale. Omne peccatum esse omnino mortale ex natura sua, sola autem misericordia Dei veniale.* Sic Lutherus. Quid Caluinus? Defertur locus ipse Bellar. ex Institutionis lib. 2. c. 8. §. 59. *Habeant filij Dei, omne peccatum mortale esse: quia est aduersus Dei voluntatem rebellio, quæ eius iram necessario prouocat: quia est legis prauaricatio, in qua edictum est sine exceptioe Dei iudicium. Sanctorum delicta venialia esse, non ex sua te natura, sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur.* Libri 3. c. 4. §. 28. *Ceterum fidelium peccata venialia esse, non quia non mortem mereantur: sed quia Dei misericordia nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Iesu: quia non imputantur quia veniale lentur.* Est-ne qui explicari sibi ista desideret? An non potius ita sunt diserta, perspicua, familiaria, vt vel infans ex iis intelligat peccata esse sua natura mortalia, & sola Dei misericordia venalia: quod constanter asseruit Lutherus? Vbi ergo dissensionis vestigium?

XIII. Nec quarta calumnia est à meliore mēte. Itaq; non refuto. Satis n. quilibet percipit, eum qui omnia peccata decernat esse mortalia, non adde re cuiquam peccandi audaciam. An ergo, qui omnia venialia per gratiam? Ergo illi Patres, quos dixi, sunt eius criminis rei: Athanasius, Ambrosius, August. Quid hos dico? Imo libidini fræna laxauit ipse Christus: qui *rogatus* *de* *ap* *pe* *du*. Matthæi 12. *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus.* Quid Paulus ad Rom. 8. *Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.*

XIV. Sed Vigor nimirum Caluini meritum est Papistico modulo. Nam, Papistis ob suam peccati venialis definitionem, merito Lutherus exprobrabat, *Gravis error est Theologorum, peccatum veniale penitus non curantium, & garrientium, quod veniale peccatum Deum non offendit. Nonne apparet hos Theologos primum extinguere timore Dei in hominibus, deinde, puluillos & ceruicilla, sub manibus, & capitibus eorum ponere, vt Ezechiel dicebat: ac orationes eorum remittre, & spiritum extinguere?* In Resolutionibus super propositionibus suis, concl. 2.

C A P. IX.

An Scriptura doceat esse aliqua peccata venialia.

Papistis igitur probandum, esse peccata quædam sua natura venialia, Bellar. pollicetur, & quidem ex Scripturis, ex Ratione ex Traditione Ecclesiæ. Distinctionem ab eo sumimus: argumenta etiam ab aliis. Primum igitur, à Scriptura.

II. Primum argumentum ex 5. Matthæi, *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit Raca, reus erit concilio: qui dixerit fatuo, reus erit gehēna ignis.* Huius loci primo voces explicat: tum argumentum necit. Voces primo, iracundia: deinde, correptionis. Iracundia primas voces, ait designare irā ita leuē vt in vocem nullam erumpat: Secundus, iram paulo grauiorem, nec peruenientem tamen ad apertum conuiuium. Tertias, iram grauissimam, & ex euentem in manifestum conuiuium. In corruptione, iudicium ad eum pertinere, quid agat, vnde in iudicium vocari possit, vt causa eius discutatur. Concilium, ad eum, cuius culpa certa sit: sed ambiguum quanta, & quam pœnam mereatur: ideo enim iudices inter se conuenire in Concilium vt definiant pœnæ mensuram. Reum gehēnæ dici eum, cuius culpa, & mensura culpæ, ac per hoc etiam pœnæ grauitas certa sit. Et per gehēnam significari mortem æternam apud inferos.

III. His ita positis argumentum conficitur. Manifestum conuiuium, facit reum gehēnæ ignis: ac per hoc est mortale peccatum. Iracundia sono vocis expressa, sed ad malum conuiuij non pertingens, facit reum concilij: n est, non constat, an mereatur gehēnam: sed aut ea pœna, aut minore digna sit. Inueniuntur ergo peccata quædam leuiora, quam vt gehēnam ignis mereantur. Quorsum n. cogeret concilium ad discernendum, num aliqua culpa igni punienda esset, si omnes culpæ gehēnam ignis mereretur? Sunt igitur culpæ aliquæ, quæ diuino iudicio, sola pœna temporalis mulctandæ sunt. Rursus, iracundia, quæ nullo signo externo foras erupit, non facit reū concilio, sed iudicio, hoc est, non constat, an mereatur pœnam aliquam, an nullam: ex quo sequitur, vt, sine dubio, si pœnam meretur, temporalem mereatur, non æternam: quum si leuior culpa, quam esset ea, de qua dubium esse poterat, temporale-ne supplicium, an æternum meretur.

IV. Respondet, ex hoc loco certissimum haberi, peccata esse alia aliis grauiora: ideoque etiam pœnas alias aliis maiores. Itaque, hac de re nullam futuram questionem. Sed significari quædam esse sua natura venialia, & digna tantum temporalibus pœnis: hoc vero concedi non debet. Ratio quia Christus de pœnis temporalibus nullum sermonem habet, quæ in hac vita expendantur: sed de aliis quib. ex diuino iudicio animæ adiudicantur. Probatur Nam de tertio gradu dubitari non potest: neque enim gehēnam: ignis, vel ipsi Papistæ intelligunt pœnam temporalem. Restant ergo tantum gradus primus, & secundus. In his vero iudicium, & Synhedrium, vel, vt *accipias*, vel metaphoram. Non prius Alioquin significaretur hi s

vocabulis humanum iudicium. Nam certe *uidetur*, proprie de diuino iudicio dici nequit: nisi ad Anthropomorphitas manifeste transitus fiat. Et notum ex historia Iudaica, hoc vocabulo a Græcis mutuato, Iudæos significasse Septuaginta seniores *של בית דין הנהדרין*, inquit Elias in Tischebi *Consistorij magni*, interprete Paulo Fagio, quod erat Hierosolymis. Non posse autem ita sumi, patet: quia si *Sanhedrin* (ita appellabant) cognouissent deiracundia hac in apertum conuiuium nullum erumpente: Ergo, iudicium quod infra Synhedrium erat, cognouisset de ira in nullam vocem erumpente. At hoc fieri non potest: quia de internis hominum motib. nulli homines iudicare possunt. Si autem primus gradus ad iudicium diuinum refertur, multo magis secundus. Atque ita omnes hi tres gradus agunt de iudicio diuino, vt erat propositum. Salmero tract. 22. tom. 5. *Intellige verbum illud, reus erit iudicio, non solum temporaria mortis: sed etiam damnationis, & interitus æterni, tū diuino iudicio: quomodo Dominus dixit apud Ioannem, Et procedent qui bona se erint, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerint, in resurrectionem iudicij.*

Iam ad vocum interpretationem quod attinet, de gradibus iræ non contentam. Sed in correptionis gradibus, scæde Bellarminus peccat. Nam *εὐχολογία* interpretatur, quid egit, quod non constat, vt reum nullam mereatur pœnam, an vero, non nullam. Quod est idem, ac si diceret, non constare vtrum peccatum sit, an non. Nam si sit peccatum, ergo meretur pœnam. Et si non meretur pœnam, non est peccatum. Secundo, *εὐχολογία* intelligit eum, cuius culpa certa est; sed ambiguum quanta, aut qua pœna digna. At qui hæc omnia inepta sunt: nam *εὐχολογία* non significat reū, quatenus reus, is est duntaxat, qui accusatur: quem Græci potius *καταλογίζονται* dicunt: sed omnino eum qui conuictus. Itaque, Syrus *כחובל*, quo vocabulo is significatur, qui debitor est: vt in oratione Dominica *כחובל* dicuntur debitorum, quorum remissio postulatur. Et ita Matthæi 26. *Reus est mortis: εὐχολογία*, de Christo, ij qui non dubitabant, sed asseuerabant meritum esse mortis supplicium, Sic Marc. 3. *εὐχολογία*, *εὐχολογία* de eo qui peccauit in Spiritum Sanctum. Nec vnquam aliter.

VI. Secundo, hæc ambiguus fetri possit fortasse in humano iudicio: sed in diuino, nullo pacto. Itaque si sum, reum iudicio eum esse, de quo incertum sit, pœnam, ne meruerit aliquam, an nullam. Et reum Concilio, eum de quo ambigatur, æternamne meruerit, an temporalem. Imo ea interpretatione nihil ineptius excogitari potuit. Itaque Theophylactus, *εὐχολογία* interpretatur, *καταλογίζονται*. Imo nonne diserte, *Audistis dictum fuisse à Veteribus, Non occides: quisquis autem occiderit, reus erit iudicio?* An vero sensus est, eum, qui violat præceptum Dei occidendo, incertum esse, sit-ne puniendus, an non? Maldonatus, *Quid sit reum esse iudicij, interpretes nō consentiunt: quidam idem esse putant, quod dignum esse, vt in iudicio eius exploretur causa, vt Augustinus & Gregorius. Alij melius, vt Euthymius & Poeta Iuuenius, reum esse pœnam capitalis qua contra homicidas in iudicio decernebatur. Hanc interpretationem, ideo priori præfero, quia capitalis homicide pœna non iudicium decernebatur arbitrio, sed constituta erat, quam iudices mutare non poterant. Et quia videtur Christus significare voluisse eum, qui in Euangelio sola occidit voluntate, non minori dignum esse pœnam, quam qui reipsa occidebat in lege: leuissimamq; Euanglij pœnam, grauisima, id est, capitali pœna Legis æqualem esse. In quam sententiam abijt & Barradas, In primo gradu is consistit, qui fratri irascitur, iramq; continet animo. Quæres, num ira venialis, an mortifera gradus hic sit. Chrysostr. venialis peccati esse arbitrari videtur. Verisimilius est de ira mortifera loqui Christum id quod probat supplicium.*

VII. Pergo ad argumentum: cuius tota vis est, vt gehēna sit supplicium æternum. Concilium, supplicij, ambiguum æternum, neq; a temporarium: iudicium, ambiguum, aliquid-ne supplicium, an nullum. Quæ iam refutata sunt. Ast, inquit, si summus gradus est gehēnæ meritū: Ergo, in secundo gradu, si nō est gehēna, erit supplicium temporale. Sed negatur hæc consequentia. Nā æterna supplicia sunt inæqualia. Itaq; pot gehēna ignis hoc loco sumi pro gradu altiore reliquis. Zacharias Chrysopolitanus, *Expressimur pro modo peccati diuersa mansiones in æterna dānatione.* Et antiquiores Iræneus libri 2. c. 56. *Non solum qui occidit, reus erit occisionis ad damnationem: sed & qui irascitur sine causa fratri suo.* Augustinus de verbis Apostoli 18. *Due habitatio nes sunt, vna in igne æterno, alia in regno æterno. Puta quia in igne æterno aliter ille, aliter ille torquebuntur: tamen ibi omnes cruciabuntur: minus ille, plus ille. Quia tolerabilis erit Sodoma in die Iudicij, quam alteri ciuitati: & quidam circumueunt mare & terram facere vnum profelytum: quem cum fecerint, faciunt eum filium gehēna, duplo quam sint ipsi putant, quia alij duplo alij simpto: puta, quia alij plus, alij minus. Iliodor. Pelusiota, libri 4. Epistol. 204. *Non solum à cade puros nos esse vult, verum etiam ab ira, neq; solum ab adulterio & scortatione: verum etiam à libidinoso & incontinente consuetudine: neq; solum à peruersione: verum etiam à iureiurando liberos: & iuxta cum amicis inimicos quoque iubet diligere. Sed & in aliis omnibus prolixiora amplioraq; fecit stadia. Et non obedientibus, ignem inextinguibilem comminatus est. Quia & illud Tertulliani argumentum est non leue, de Oratione cap. 10. *Dominus ampliatis legem, iram in fratrem homicidio superponit: ne verbo quidem malo permittit expungi.* Recte. Nā attendit seriem: quia quum olim dicitum esset homicidam reum esse iudicio: at nunc etiam iratū. At hoc omnino falsum: si verus Bellarmini sensus. Nā lōge minus est crimen, de quo ambigitur, vt rū pœnam meruerit non meruerit: quam id de quo certum, mereri pœnam: & quidē non temporale duntaxat, sed etiam æternā. Itaq; ira adhuc post ampliatam à Christo legē, longē esset infra homicidium, contra quam censuit Tertull. imo eōtra quam Christus dixerit. Maldonatus, *Dubitabit aliquis, quomodo per iudicium, & per Concilium, capitalem pœnam intelligat, cum manifestum sit tres pœnarum gradus velle distinguere. Respondet, gradus quidem distinguere non genus. Nam vtrobique capitalem: sed in iudicio leniorem, in concilio grauiorem iudices pœnam constituebant. Barradas, in tertio gradu, quia peccatum creuit, peccato grauiori tribuitur grauior gehēna pœna. Dices, ergo reliquis duobus non tribuitur hæc pœna: non igitur sunt mortifera. Respondetur, tres hos gradus supplicij, pœnā significare gehēnalem: cui libet lethifero crimini destinatum: sed quia iracundia genera disparia sunt, & in dispariter significata supplicia.***

VII. Secundū argumentum à Scriptura: si quæda peccata cōmparantur rebus natura leuissimis: ista reb. grauissimis: Ergo eorum quædam sunt venialia, quædam mortalia. Probatur antecedens Matthæi 23. *Duces cæci ex co* *lunt culicem, camelum aut m glabientes.* Lucæ 8. *Quid vides festucam in oculo fratris*

fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Probatur contentio: quia nulla est proportio inter culicem, festucamque ac camelum, & trabem.

IX. Respondeo: Negatur consequentia. Quia etiam in tormentis potest esse immanis differentia etiam si omnia sint æterna. Itaque, hi loci euincunt quidem peccatorum inæqualitatem: sed hanc non euincunt, de qua querimus.

X. Tertium argumentum. Lucæ 12. Dico tibi, non exies inde, donec etiam non uisissimum minutum reddas. Hic per nouissimum minutum, Patres intelligunt peccata minuta, & leuissima: pro quibus in carcere Purgatorij satisfaciendum est: nisi in hac vita purgata, ac relaxata fuerint. Tertullianus de Anima, c. 58. Origenes in Lucam, hom. 35. Hieron. in 5. Matthæi. Ambrosius in 12. Lucæ. Euseb. siue potius Cæsarius Arelatenensis, hom. 3. de Epiphania. At ea peccata pro quibus in Purgatorio satisfaciendum est, non sunt mortalia: nam qui cum mortali decedit, continuo stipendium peccati, in ortem sempiternam, recipit. Sunt ergo venialia. Iam igitur, quum debitum vnius minuti minimum sit neque in vilo tribunali pro tam exiguo debito vllus damari possit ad mortem: si tali debito peccata venialia recte comparantur, ea sequitur sua natura mortem æternam nullaratione mereri.

XI. Respondeo. Primo, non bene per nouissimum minutum, siue quadrantes, intelligi peccata. Debuerunt enim, potius, peccatorum poenæ intelligi. Recte Ambrosius, *Qui pecuniam solunt, deb. tum reddunt: nec prius euacuatur sceleris nomen, quam totius sortis ad minimum usque, quocumque solutionis genere, quantitas vniversa solatur.* Iansenius, Concordiæ cap. 40. *Vbi iusto iudici traditus fuerit, non est, quod vllam ab eo veniam speres: id quod iustum est iudi abit, nullam concedens debiti relaxationem: sed exigens, vt ad plenum persoluas debitum, quod fiet in inflictione æterni supplicij, & cruciatus æterni ignis, debiti his qui fraternam charitatem violauerunt:* Lucas Brugensis, Matthæi 5. *Sensus est: summo tempore agatur, non liberaberis à carcere, donec poenâs lueris extremas, tantas, quantas exiget extremus iustitiæ rigor, siue æternas pro offensa graui, siue temporarias pro leui.* Et consentit Caietanus. Quod si est, tum vero, ante quam ex hoc loco quicquam certi concludatur, probandum erit, esse aliquod peccatum veniale. Itaque hoc argumentum mera est petitio principij. Quare, nihil necesse est hoc minutum intelligi poenâs peccatorum minorum: sed quarumcūq; poenarū minutissimas particulas, vt sensus sit, nihil omnino remissū iri. Ac proinde de mortalibus peccatis verissima sententia est. Nam, qui siue Veteres, siue recentiores, interpretati sunt de poenâs, vnde exiri potest: nulla necessitate fecerunt. Quamquam non verum omnes de Purgatorio intelligere. Sed hac de re plura, quum de iplo Purgatorio. Deinde, etiam si minuta peccata intelligantur, tamen, ea non continuo sunt venialia: quia in mortalibus etiam sunt minuta: Denique, ne Papiæ quidem, pro solis venialibus Purgatorium extruxere, sed etiam pro mortalibus, quorum poenâ non sint ante mortem persolura.

XII. Quartum, ex 1. ad Corinthios 1. *Si quis se per adificat supra fundamentum hoc, aurum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam. vnus cuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super adificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse a saluus erit: sic tamen quasi per ignem.* Hoc loco aurum, argentum, lapides pretiosi, significant opera perfecta, & laudabilia, quæ in iudicio Dei examinata, nihil nisi mercedem promerentur. At, lignum, fœnum, stipula, opera inutilia, & reprehensione digna: sed venialia, quæ detrimentum quidem afferant, & purgatione indigeant, non tamen à salute excidere faciunt: Testibus Ambrosio scdm. 10. in Psalmum 118. Hieronymo libro 2. aduersus Iovinianum, Augustino libro 21. de Ciuitate Dei, c. 26. Gregorio libri 4. Dialog. c. 19. Nunquā autem Paulus peccata venialia comparasset cum ligno, fœno, stipula, nisi esset minuta, & leuissima: Peccata enim ex natura sua mortalia, ferro potius aut ari, vel plumbo, comparanda fuissent.

XIII. Respondeo: Nego per ligna, fœnum, stipulas, intelligi peccata venialia. Ratio: quia Paulus extrema comparauit, aurum, argentum, lapides preciosos, & ligna, fœnum, stipulas. At venialia peccata, non possunt cum bonis operibus comparari, tanquam extrema: sed mortalia. Quia ergo verum est aurum, argentum lapides preciosos, significare bona opera, & perfecta: falsum erit, ligna, fœnum, stipulas, significare venialia peccata: alias, magnus esset analogiæ defectus. Hoc potius certum, significari mortalia, & quæ sua natura ignis poenam merentur.

XIV. Nec valent contra, quæ Bellar. profert primo, Ambrosius, & Hieronymus, & Augustinus, falso citantur: Nam Gregorij nullum momentum. Ambrosius quidem, & Hieronymus: quia illi opera illa inutilia, siue minuta, siue venialia, siue non merentia poenam æternam, neq; nominant, neque indicant. Ambrosius, *Omnes oportet nos ante tribunal Christi assistere, vt recipiat vnusquisque, quod gessit, sine bonis sit, siue malum. Vides quia & ipse Paulus assistet, vt ipse commemorat. Caue ligna, caue stipulam ad iudicium Dei tecum adferas, quæ ignis excurat. Caue, cum in vno, aut duobus habeas quod probetur, in pluribus operibus, deferas, quod offendant. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: potest tamen & ipse per ignem saluari. Vnde colligitur, quia idem homo, & saluatur ex parte, & condemnatur ex parte.* Hic vero vbi leuia, vbi inutilia, vbi venialia? Tantum plura. Ne inquit, in pluribus, deferas, quod offendant. Itaque videtur sensisse eum qui plura habeat bona opera, quam mala, saluum futurum quasi per ignem. Et fieri potest: dum illi Deus pauciora remittit. Nam de igne alia erit quaestio. Interea, venialium nulla apud Ambrosium nominatio.

XV. Multo minus apud Hieronymum, *Sicut in bonis operibus, perfectior est Deus: non est enim volentis, neq; currentis, sed miserentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad catæ: sic in malis atq; peccatis, semina nostra sunt incentiuu, & perfectio Diaboli. Quū viderit nos super fundamentum Christi adificare fœnum, ligna, stipulam, tunc supponit incendium. Adificemus ergo aurum, argentum, lapides preciosos, & tentare non audebit.* His rursus quæro minuta, leuia venialia: nec apparent. Adificari a nobis fœnum, ligna, stipulam dicit, quum nostro ipsorum vitio declinamus ad malum: ac tum Diabolum incitare ad perficiendum, id est, tentare. Hoc vero quid ad distinctionem venialium, & mortalium? Videro, quum Iesuita docuerit.

XVI. Apud Augustinum rursus, neq; minuta neq; leuia neq; venialia lego. Prolixum est caput, itaq; non describo. Sed eius mens est: Ligna, fœnum, stipulas, ea esse, quæ amantur quidem, præter officium, sed non præ Christo

Tom. III.

Quid obstat, quominus id in mortalibus etiam reperiatur? Nam amauit vitā Petrus plusquam debuit: & tamen, non plusquam Christus, fleuit n. & poenitentiam egit. At, peccauit, tamen mortaliter. Rursus, venialia apud Augustinum, nulla esse sua natura, discite his verbis: *Sed per hunc ignem saluus erit, merito fundamenti.* Merito, inquit, fundamenti. Ergo non peccati ipsius natura. Ergo, sic vt nos sentimus condonari ea, quæ à seipsis mortalia sunt, merito Christi.

XVII. Superest ratio Mortalia, non fœno, ligno, stipula comparanda: sed ferro, ari, plumbo. Quamobrem vero, inquam? Neq; n. si Gregorius autumauit, continuo verum. Imo, inquam, debent mortalia iis comparari. Ratio prima, quæ dixi, quia ferrum, æs, plumbum, media sunt inter aurum, argentum, gemmas, & ligna, fœnum, stipulas: siue pondus consideres, siue pretium, siue durationem. At absurdum est mortalia esse media inter bona, & venialia. Altera, quia opera operibus collata voluit, hac ratione, quatenus alia manent in igni, alia consumuntur: at ferrum, æs, plumbum, non consumuntur, sed manent: ligna autem, fœnum, stipula, consumuntur. Itaque, non potest re ea ratione mala opera vlla comparari ferro, ari, plumbo.

XVIII. Quintum, Iacob 1. *Vnusquisque, tentatur, à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Concupiscentia vero quum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Hic inquit, distinguuntur ab Apostolo tres motus: vnus inuoluntarius, quo quis ad peccatum incitatur, siue vilo suo consensu, & hic non dicitur peccatum. Alter, imperfecte voluntarius, qui dicitur peccatum, & tamen à peccato distinguitur consummato, & mortem generante: vnde conficitur eum motum non esse peccatum consummatum, nec mortem generare: id est, non esse mortale. Tertius deniq; perfecte voluntarius: & hunc esse peccatum mortale declarat Apostolus dicens, *Peccatum, quum consummatum fuerit, generat mortem.*

XIX. Respondeo, multa peccati. Primo n. tres gradus esse, Concupiscentiam, Peccatum, & Mortem. Nam illud *Vnusquisque, tentatur, à concupiscentia sua abstractus, & illectus*: non gradus est: sed propositio quam explicandam suscepit Apostolus verbis subiectis. Itaque primus gradus, *Concupiscentia quæ conceperit.* Secundus est, *Parit peccatum.* Tertius, *Peccatum consummatum, generat mortem.* Vbi peccatum consummatum, non est nouus gradus, sed est, vt fieri solet, in Rhetoricis gradationibus, repetitio secundi. Nam peccatum consummatum, siue perfectum, est id ipsum, quod concupiscentia peperit. Facilis probatio. Nā, partus est quum effunditur fœtus ex vtero. At tum, fœtus habet propriam substantiam, estq; individuum per se. Quæcunque autem parum præcedunt, intelliguntur *vnos* nomine. Itaque animalis generatio distinguitur in duos tantū gradus, *vnus* & *vnus*. Quia igitur peccati natura Iacob, hac festiua metaphora voluit explicare: incepte plures gradus queruntur. Maxime cū peccatū post partum, non crescat per ætates quomodo animalia. Deinde, Concupiscentia non potest aliter intelligi, quam conceptus peccati. Est enim nulla concupiscentia, nisi alicuius rei concepta. Itaque, non concupiscentiam oportet nude imaginari, sed concupiscentiam peccati: quomodo conceptum, non in aere vagum: conceptum animantis. Quum primum autem peccatum est in animo, tum conceptum est: quia conceptus significat ipsa rei ante non existentis initia.

XX. Atque hoc erat primum peccatum. Alterum, quum tres alij finguntur gradus: Inuoluntarius, imperfecte voluntarius, perfecte voluntarius. Nā hi nusquam sunt in rerū natura. Etenim ipsa concupiscentia, *vnus* ne fingi quidem potest absque voluntate. Quamquam hac de re fusius alias. Voluntate autem distingui in perfectam & imperfectam: maxime post concupiscentiam conceptum, omnino absurdum: & alienum à natura voluntatis. Voluntas enim omnino, aut vult, aut non vult nec potest habere sese medio modo: quia velle, & nolle, sunt contradictoria.

XXI. Tertium peccatum: quod primus ille motus negatur esse peccatum, quum tamen tribuatur concupiscentiæ. Quod est absurdissimum. Nam si primus ille motus non est peccatum, ergo nullus concupiscentiæ motus, quatenus concupiscentiæ est: erit peccatum: ac proinde ipsa concupiscentia nunquam erit peccatum. Et tamen ipse docuit contra Bellar. c. 14. libri 6. de Ammissione gratiæ: vbi disputat concupiscentiam esse malam, contra Pelagianos. Et notum, Papias negare concupiscentiam esse peccatum, tantum in baptizatis. At hic Iacob, vniversaliter proponit. Nemo tentatur, inquit, à Deo: vnusquisque, à propria concupiscentia. Itaque, necessario concedendum illos primos motus numerandos inter peccata: Quamquam de baptizatis postea videbimus.

XXII. Quartum: Omnino peccatū hic restrictiore quadam notione vsurpandum. Quare? Quia id nominis non concupiscentiæ tribuitur: sed ei quod concupiscentia *vnus*. At illam concupiscentiam, esse peccatum docebimus, Deo dante ex Scripturis, ipsique concedunt Papias, saltem in non baptizatis. Quod falsum; si non falsum vocem peccati, sic sumi, vt contineat, quicquid peccatum dici potest.

XXIII. Quintum peccatū aduersus leges Logicas: Peccatum consummatum generat mortem: Ergo concupiscentia non generat mortem, siue: Ergo non omne peccatū generat mortem. Nam Enunciationes vniversales affirmantes non recipiuntur. Quare, non hinc tanquam ex leuissima coniectura, mors assignanda soli ei peccato, quod consummatū dicitur: sed videndum, an non, & alibi producat ad ipsam concupiscentiam. Quod quum aliter fit, intelligunt iam omnes, quantum sit in hoc argumento momenti.

XXIV. Sextum argumentum, ex locis duobus in quibus de peccatis quibusdā longe mitius Scripturæ loquuntur, quam de iis loqui soleat, quæ sunt omnium consensu peccata lethalia. Matth. 12. *De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationes in die iudicij.* Aliud est, verbum otiosum non esse sine culpa, & ideo discutiendum in die iudicij: aliud, ire in ignem a tenui ligatis manibus, & pedibus proiciunt tenebras exteriores. Ad Ephesios: *Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut dece: sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc n. scitote: intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.* Paulus sex peccatorum à se priori parte nominatorum, trib. tantum, in posteriori nepe fornicationi, immunditiæ, auaritiæ tribuit priuationem hereditatis in regno Dei. Nimitum docere voluit, tria posteriora, turpia verba stultiloquia, scurrilitatem, debere quidem esse aliena ab ore sanctificato fidelium: non tamen ex genere suo talia esse, quæ excludant ab ea

H 3 hare-

hereditate. XXV. Ad priorem locum. Aliud est, inquit, non esse sine culpa aliud ire in ignem æternum. Illud vero esse sine culpa, verba non sunt Euãge listæ, qui dixit potius, ratione reddet. Atqui (vt verbis vtat aduersarij) aliud est rationem reddere, aliud in culpa esse. Quia omnis quidem, qui in culpa etiam rationem reddet. At non omnis qui rationem reddet, erit in culpa. Ad Romanos 14. *Vnusquisq; nostrum de se ipso rationem reddet Deo.* Itaque ratio nis redditio communis erit, tum iustis, tum iniustis. Restituamur ergo verba Euangelica. Aliud erit ergo ratione reddere aliud ire in ignem æternum. Esto, inquam, sane aliud. Sed quæcunq; alia sunt, non eodem modo sunt alia. Quædam n. vt contraria: quædam, vt subalternata. Quæcum ita sint, videndum quo ordine ista nunc sint censenda. Contrariorū-ne? Ergo euerterent sese inuicē: vt neq; vllus rationem reddens, iret in ignem æternū: neq; vllus abiens in igne æternū, ratione reddat. At hoc falsum: ne ipsi quidem spero Papiſtis contradicentib. Quid ergo? Nimirum hæc in eo sunt aliorum genere. quæ subalternantur. Nec tamen quicunq; rationem reddit, it in ignem æternum: ideoq; reddere rationem, non subalternatur igni æterni. Necesse est igitur, vt ignis æternus subalternetur rationi reddite. Quod si est, tum corruit vniuersum argumentum. Nam, si quidam eorum qui reddunt rationem, eunt in ignem æternum: Ergo, nulla consequentia est, si dicas: Homines reddent rationem de otiosis sermonib. ergo non ibunt in ignem æternum Nam alioquin absurde Bellarm. pro rationem reddere substituit se, esset in culpa. Quum æq; alia sint reddere rationem, & esse in culpa. Porro, Paulus 2. ad Corinth. 1. *Omnes nos comparere oportet coram Tribunali Christi, vt vnusquisq; reportet qua in corpore fecerit, congruenter ad id quod fecerit, vel bonum, vel malum.* Et, vt iustias illam comparentiam inferre reddito nem rationem. Idem 14. ad Romanos, *Omnes sistentur apud Tribunal Christi: Scriptum est enim, Vtuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi sese fecerit omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Nempe ergo vnusquisq; nostrum de se ipso rationem reddet.

XXVI. Argumentum a. ἀνακληθῆναι percipiat, si pōt, Bellar. vel ex altero loco ad Ephesios. Negat Paulus fornicatores, immundos, auares, habituros hereditatem in regno Christi. Quis neget id mollius: quam ire in igne æternū? Non saltem Bellarm. qui tam sollicitè distinguit penam damni, & penam sensus. Quid ergo, si quis dicat mollius Paulum esse loquutum de fornicatione, quam de peccatis mortalib. Christum, quum dixit, Ite in ignem æternum? Patiatur-ne concludi, non esse fornicationem peccatum mortale: Non credo. Est n. fornicatio, non præter legem: sed contra legem. Itaque, aut recantanda definitio mortalis, quam vidimus superiori capite: aut fatendum fornicationem esse in mortalib. Cur ergo Paulus tam molliter: Non habet hereditatem in regno Dei? Nimirum, vt obseruemus ἐπιφρονισμός, quum etiam durissima, solent non re sed verbis tantum molliri. Quod & nos de Christo respondemus.

XXVII. Ad alterum locum; vix dictu facile, cur in secundo membro ommissa tria peccata. Sed causam non esse quam commentus est Bellarm. ostendo, primo, quia illa verba: *non habebit hereditatem in regno Dei*: significanc penam damni. At credo, non negent Papiſtæ, peccata illa saltem mereri penam damni, quæ leuior est, penam sensus: & hanc tamen concedunt debere venialib. imo reddi: Nam in Purgatorio (quod illi assignarunt Venialib.) vtrumq; coniungunt, imo & peccato originali, cum tribuunt misericordiam penam, tū vero inde concludunt penam sensus. Si ergo ea tria peccata merentur penam significatam iis Pauli vocib. quis credat ideo non repetita, vt doceret, non mereri? Secundo ex subiectis. Propter hæc n. veni: ira Dei in homines contumaces. Propter hæc inquit Oecumenius, ἀπεσταλμένοι εἰς καταδάσκαλον, & ἰδιωτῶν, propter fornicationem, & impuritatem, & reliqua. Itaque verisimilius sit, omissionem factam studio breuitatis: vt sapie sit.

XXVIII. Coronus refert ex primæ Ioannis, *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, per at, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatū est: & est peccatum ad mortem. Nec ille plura, tantum n. indicat suo more. Sed vis conclusionis in eo videtur esse: quod cum omne peccatum dicat esse ad mortem, tamen subiungat, esse peccatum ad mortem nimirum aliquid: non autem omne: vt dicitur e: est peccatum non ad mortem.

XXIX. Respondeo confectā rem videri: si non rem ipsam, sed syllabas tantū consideremus: quod Sophista est solenne, quib. non τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὰς συλλαβὰς, cordi sunt. Nos fatemur Ioannem diserte distinxisse peccata, vt alia sint ad mortem, alia non ad mortem. Sed negamus ei, vel per somnium, in mentem venisse papisticam distinctionem in Venialia & Mortalia. Probo enim peccata, quæ Ioanni dicuntur ad mortem, non esse ea simpliciter, quæ merentur mortem æternam. Ratio facilis, quia negat Ioannes, orandum pro eo qui peccat ad mortem: At docet Christus, docet Apostoli, orandum pro iis qui peccant mortaliter, hoc est, peccata quæ merentur mortem æternam. Illud per se patet ex verbis Ioannis. Hoc auſem probatur, Matthæi 5. *Orate pro persequentib. & calumniantib. vos,* Lucæ 23. *Pater dimitte eis.* Actoꝝ. 9. *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Mirum, iniquis dicat peccata esse venialia, persequutionem Christianorum, crucifixionem Christi lapidationem Stephani. Rursus, Ioannes dicit, si quis orer pro peccante, non ad mortem, futurum, vt ei peccanti detur vita. Non igitur id peccati genus est veniale. Nam hoc genere, negant Papiſtæ amitti vitam.

XXX. Sed Interpretes sunt disertī, qui peccatum intelligunt, cum impoenitentia. August. de Correctione & gratia, c. 12. *De quo peccato, quoniam non expressum est, possunt multa, & diuersa sentiri: ego autem dico, id esse peccatum, si dem quis per electionem operatur, deserere vsque ad mortem.* Deserone Domini in monte lib. 1. non procul à fine, *Peccatum fratris ad mortem puto esse, cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam quæ reconciliatus est Deo, inuidentia facibus agitatur.* Vbi, addendum fuit, inquit idem Retractationum 1. c. 19. *si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quocunq; pessimo in hac vita constituto non est vtiq; desperandum: nec pro illo imprud. nter oratur, de quo non desperatur.* Hier. 14. *Jeremia, Stultū est orare pro eo qui peccauerit ad mortem: dicente Ioāne, est peccatū ad mortē, & reliqua, Ieiunia, & preces, & viciſſima, & holocausta, tunc proficiunt, cum recedimus à vititiis, & stemus antiqua peccata. Sin autem in scelerib. permanentes, putauerimus vortis atq; sacrificiis redim. re nos vehementer erramus.* Oecumenius in hunc Ioannis locū

οἱ τὸ πᾶν αὐτῷ. ἀεὶ τὸ μέγα εὐχαριζέμενοι ἐπιεικτεῖν τὸν ἴπτον ἐφ' ἑαυτοῖς, πρὸς τὰς ἀποστολὰς, καὶ ἄλλοις ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ. ἢ καὶ ἰδοὺ τοῦ καὶ ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ, Pro peccato ad mortem, ne ore, inquit: non enim exaudietur, quia male petit: de eo loquens, quam nullam ostendit conuersionem. Hoc enim ad mortem solum est peccatum, quod ad respicientiam non respicit: quo Iudas affectus, æterna morti obiectus est.

XXXI. Consentiunt recentiores, vt Lyranus, Guillaudus, Gagnæus Thomas etiam Caietanus, Innuit, inquit, quod peccatum ad mortem, non est species peccati: sed aliunde habet, quod sit ad mortem. Habet a ex parte peccantis, si tam affectus sit ad peccatum aliquod (puta fornicationem, usuram, tyrannidem) vt velit in eo perseverare, vsq; ad mortem. Ac si a peritias dixisset, quod pro eo qui ropositum habet perseverandi in peccato, vsq; ad mortem, non dico vt roges. Denique Salmero, etsi alio defectat interpretando; tamen negat hunc locum appositum ad probandam distinctionem Venialis, & Mortalis. Lorinus, Hoc in primis certum duo peccata pro quo posse orari Ioannes scribit, non esse veniale duntaxat: imo non de illo Ioannem loqui.

XXXII. Vaqueſ disputat paulo aliter, non aduersum nos, sed aduersum suos quosdam definitores peccata mortalia, & venialia, non ex eorum natura, sed ex Dei voluntate. Sed argumenta nihilominus ita sunt, vt & nos feriat; qui etsi non distinguamus peccata in mortalia, & venialia, tanquam genere diuersa; tamen agnoscimus, natura sua sic esse mortalia, vt eadem tamen fiant venialia, ex Dei voluntate. Quare, huius etiam Sophistæ argumenta examinanda hic videntur.

XXXIII. Primum illi est: Quia ex Dei voluntate, non constat reuelatione aliqua hæc potius, quam illa peccata venialia esse, multa q; nobis relinquuntur arbitrio prudente diiudicanda: quomodo igitur dicere possumus ex natura rei omnia esse mortalia: Alioquin non haberemus principium aliquod iudicandi hoc potius, quam illud esse veniale.

XXXIV. Respondeo primo, falso poni relinqui nobis multa, prudente arbitrio diiudicanda. Itaq; valeat hoc sane, inter eiusdē opinionis cōiuratores: qui ex eo fundamento suam elicuerunt confessionem carnificinam. A nobis vero exhibebitur. Ceterum concedimus, nulla reuelatione Deum manifestasse cuiquam alia peccata esse venialia, alia mortalia: si supponas distinctionem generis. Nam reuelauit potius omnia esse mortalia nulla venialia. Sed reuelauit tamē, omnia fieri venialia per suam misericordiam. Sic n. Paulus testatur se fuisse blasphemum, persecutorem, iniuriosum. Et tamen, sui misertum esse Deum, id est, condonasse sibi ea peccata. Atqui, ne Vasques quidem, quantus quantus Iesuita, neget blasphemiam, persecutionem iniuriam, &c. suō genere esse mortalia. Habemus ergo certam reuelationem nostræ distinctionis.

XXXV. Secundū Vasques argumentum: Cum nostri ad Deum sit amicitia & Iustitia, quæ per graue peccatum & offensam tollitur: cur etiā non erit leuis aliqua iniuria, quæ ex se non sufficiat talem amicitiam dissoluere? Eo præsertim, quia, licet peccata omnia dicantur offensa Dei, non ex eo dicuntur esse contra ipsum, quia directe illi iniuriam irrogant: sed quia contra illius præceptum & voluntatem fiunt: multa autem ex fragilitate nature committuntur: cur igitur inter hæc non erit aliquid non erit aliquid leue & veniale.

XXXVI. Respondeo, obiecta simili interrogatione. Cū nostra sit sanitas & valetudo corporis, quæ graui aliquo morbo tollitur: cur non erit leuis aliqua morbus qui non sufficiat talem sanitatem tollere? Sic interroganti, quid responderet Vasques: Nimirum nullū esse: quia morbo omnis, siue magnus, siue leuis, sanitate tollit. Similiter ille nunc à me accipito: omne peccatū per se & sua natura, tollere iustitiam, tollere amicitiam Dei id magnū sit, siue parū siue maximū, siue minimum, siue ex fragilitate nature fiat, siue ex malitia: quo quomodo tandem fiat, dum peccata fiunt. Eni, muero & nulla directe Deo iniuriam irrogant: non enim possunt, alioqui Deus non esset Deus: & omnia fiunt contra illius præceptum: & voluntatem. Nam, si lex est voluntas Dei: profecto, ἀνομία omnis, est contra voluntatem Dei: At omne peccatum est ἀνομία: ergo omne etiam contra voluntatem Dei.

XXXVII. Tertium Vasques argumentum: Voluntas Dei, est ipsius essentia: quæ non dicitur magis aut minus diligere res: neque vnam odio habere & aliam diligere, ex eo quod ipsa in se diuerso modo se habeat: sed ex diuersitate rerum, quas respicit. Quare, si res in se est magni momenti, non poterit non eam Deum, vel magno odio prosequi, vel magno amore diligere: Ergo aliqua peccata sunt ex se mortalia, aliqua ex se venialia. Ratio consequentia: Quia si ex parte eorum non esset differentia, omnia æqualiter, vel placerent, vel displicerent.

XXXVIII. Respondeo, concedi antecedens, negari consequentiam. Nam inter ipsa peccata, quæ mortalia Papiſtæ agnoscunt, alia sunt aliis maiora: ideoque alia aliis minus exosa ex vi huius antecedentis, nulla tamen venialia. Quare, potest quidem elici, non omnia peccata esse æque Deo exosa: sed esse quædam venialia, non potest confici, nisi quis forte ipsa rursus mortalia contendat distinguenda in mortalia, & venialia: Noua acuminis laude Breuiter, concedimus peccata esse alia aliis minus exosa: sed negamus vlla esse non exosa. Quod si exosa sint ergo opposita Dei amorī: priuare igitur Dei amore alioquin non essent exosa. Si priuant Dei amore: ergo ex Papiſtica definitione omnia sunt mortalia.

CAP. X.

An rationes euincant esse peccata quædam venialia.

HAtenus Scriptura: Nunc rationes. Prima est à peccatis iustorum, Omnibus quidem in ore. Sed Bellarm. ea non vtitur ad probandum esse quædam peccata venialia. Quod videtur, puto, in ea nimium leue esse momentū: sed alio deriuat: nēpe, ad impugnandum axioma, quod VViclef tribuit, & Caluino; quasi assererent omnia peccata prædestinatorū esse venialia: reprobatorum autē mortalia Et quidem ita, ac si venialia, mortaliaque sic definerent quomodo Papiſtæ: Itaque triumphare se putat, cum docet Adamum, Dauidē, Petrum prædestinator ad vitam æternam incidisse: horrenda peccata, quæ prolixè recitantur in Scriptura. Sed ille nihil nisi calūniatur Caluino: nihil nisi illud sit suis stupidis sectatorib. Nam ea nulla vnquam fuit Caluini sententia: vt probauimus cap. 7. Itaque quod attinet ad hanc ratio

rationem, certum est, Bellarminum omnino missum facere, quia nondisputat ad Theſim.

II. Ad alios venio, qui, quum docuerunt iustos peccare, plaudunt sibi tanquam victoribus. Proverb. 24. *Septies in die cadet iustus, & resurget. Prima Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Matthæi 6. Dimitte nobis debita nostra. Ergo iusti peccant. Rursus David Psalm. 32. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Quæro igitur, inquit Panigarolla, an iniustitia illa mortalis esset, & ex earum numero, quæ manere non possunt cum gratia: an vero earum, quæ in homine iusto reperiuntur? Et ecce David ipse respondet. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus.* Cum ergo iustus mortali peccato careat, & pro hac oret, necessario sequitur, ut hæc venialis sit. Ad Hebræos 5. *Omnis Pontifex, sicut pro populo, & ita pro se debet offerre pro peccatis.* Vnde Hieronymus colligit, *Numquam pro alijs iuberetur offerre, nisi iustus esset, neque pro seipso, si peccatis careret.* Ergo fieri potuit, ut, quo tempore Pontifex iustus erat, peccatis etiam non careret.

III. Hæc illi, & fortasse alia. Ex quibus ita mihi videtur argumentatio procedere, si legitime concludatur: Omne peccatum mortale excludit gratiam. At quædam peccata non excludunt gratiam. Ergo quædam peccata non sunt mortalia. Maior ponitur pro confessâ. Minor probatur. Nulla peccata excludentia gratiam, sunt iniusti, siue sanctis. At quædam peccata sunt iniusti. Ergo quædam peccata non excludunt gratiam. Vel aliter si placet. Nulla peccata iustorum excludunt gratiam. At quædam peccata sunt iustorum. Ergo quædam peccata non excludunt gratiam.

IV. Respondeo, excludi gratiam, vel actu, vel potentia. Excludi actu, quum quis peccans re ipsa priuatur gratia Dei, quæ iam fruebatur ad optatum in Filium Dei, in Christo. Atque ita negatur maior: quæ supponebatur certissima. Nam dona Dei sunt *in iustis iudicatis, 11. ad Rom. Itaque, prædestinatus ad salutem, re ipsa non desinit esse Filius Dei, etiam si peccet: sic David, sic Petrus, sic alij. Nam, quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Et, quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, ad Rom. 5. & Ioan. 3. Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit. Ad Ephes. 2. Deus qui diues est misericordia, propter multam charitatem suam quæ dilxit nos, etiam cum per offensas mortui essemus, uiuificauit nos per Christum. Ita electi etiam quum sunt peccatores, amantur à Deo, id est, sunt in gratia Dei. Ita, & c. *in anima est peccatum, & simul inest gratia nulla affecta iniuria.* ait Macar. homil. 16.*

V. Iam, excludi gratiam potentia, sonat, peccata mortalia mereri, ut is qui peccat, excludatur à gratia Dei. Et ita conceditur maior, indeque asseritur omnia peccata esse mortalia, quia omnia merentur hanc gratiæ exclusionem. Nec tamen sequitur actualis exclusio: quia à posse ad esse, non valet consequentia. Sed minor negatur. Nec valet confirmatio, quia negatur maior, quæ est ipsa Thesis, de qua nunc disputatur.

VI. Secunda ratio apud Bellarminum: Si omnia peccata sunt natura sua mortalia, & tantum venialia, quia non imputantur: Ergo omnia infidelibus imputarentur, & mortalia essent. At falsum posterius: Ergo & prius. Probatur assumptum. Si eadem peccata fidelibus sunt venialia, infidelibus mortalia: Ergo in eodem genere peccati, grauius peccaret infidelis, quam fidelis. At posterius absurdum: Ergo & prius. Probatur assumptum. Quia in eodem genere peccati, grauius Deum offendit infidelis, quam infidelis. Quia fidelis magis tenetur perfectioni vitæ studere, quum maior sit præditus lumine, & plura beneficia acceperit, pluraque contra peccatum remedia. Tum, qui cognouit voluntatē Domini, nec facit, pluribus vapulabit: Et, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, Luc. 12. Tum, deteriora meretur supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, ad Heb. 10. Ergo, fidelium peccata sunt grauiora. Contra vero infidelium leuiora. Prius ad Tim. 1. *Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Denique, quis capiat verbum ociosum infidelis peccatum esse mortale, fidelis a veniale, qui iste differtis verbis audierit: De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Ille autem nihil eiusmodi nouerit.*

VII. Respondeo negari prioris syllogismi assumptum. Quia propositio est certa, & eius antecedens verum. Nam infidelibus imputari peccata mortalia quis ignorat? Et tamen eadem electis non imputantur: hoc est, eorundem veniam assequuntur, ob quæ mali damnantur. Vin' probati? Ad Ephes. 5. *Scortatio, & omnis impuritas, aut auaritia, ne nominator quidem inter vos. Næ hoc nostis, nullum scortatorem, aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hereditatē in regno Christi & Dei. Propter hæc enim venit ira Dei in omnes contumaces.* Ergo contumacibus nullis condonatur scortatio. Et tamen Dauidi condonata est, Mitto plurima. Illustrissimum exemplum est in morte Christi. Quam imputatam fuisse Iudæ, Pilato plurimisque Iudæis, certo certius: & tamen Act. 2. Petrus iisdem, à quibus dicit Christum manibus sceleratis cruci affixum, & interemptum, *Respicite, inquit, & baptizati erunt unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Et baptizati sunt multi. Ergo ijs vnum idemque peccatum remissum, quod alijs imputatum.

VIII. In confirmatione, negatur consequentia. Non enim veniam peccata consequuntur, quia leuiora sunt: sed tantum, quia sic Deo videtur. Non enim venialia vlla sunt in se, aut sua natura, quod sæpe dictum: sed ex gratia Dei. Itaque condonauit Deus Dauidi adulterium cum Bethsabea: non condonauit Antonio cum Cleopatra. Condonauit Loto incestum non condonauit Herodi. Condonauit Salomoni idololatriam: non condonauit Ieroboamo. Infinita sunt huiusmodi. Videntur eadem peccatorum genera diuersos exitus sortiantur: & alijs sunt venialia, alijs mortalia? Conceduntur ergo, quæcumque proferuntur ad assumpti probationem. Concedimus, inquam in eodem genere posse plus peccare fidelem, utpote doctum, quam infidelem, ut ignarum voluntatis diuinæ: concedimus reliqua. Sed id negamus, quod ille ne verbo quidem confirmare conatus est, ex condonato peccato bene concludi peccatum esse leuius.

IX. Tertia ratio: Si proprie loqui volumus, non ideo peccatum aliquod est veniale, quia Deus illud ad reatum mortis æternæ non imputat. Sed ideo Deus ad reatum mortis æternæ non imputat, quia veniale est. Veniale siquidem dicitur, quod est venia dignum, siue in quo aliquid est, cur mitius puniri debeat. Quid illud est? An fides? Rursus quaerit, qui fiat, ut peccatum aliud cum fide consistat, aliud minime. Et respondet Bellarminus, ex Melanchthone, & Lutheranis, quia sit inuoluntarium. Atque id asserit nihil ef-

se aliud, quam discrimen venialium & mortalium, ad ipsam peccatorum naturam referre.

X. Respondeo, multipliciter peccati Veniale appellant, quod est venia dignum, siue, in quo aliquid est, cur mitius puniri debeat. At hæc duo ineptissime copulantur. Nam inter ipsa peccata mortalia, ne Papistæ quidem negent alia alijs mitius puniri. Itaque inter mortalia, numeranda essent quædam venialia, quod absurdum est. Tum autem Venia contraria est punitioni. Itaque, tam absurde veniale definitur ex minori punitione, quam si candidum ex minori nigredine, aut lux, ex minori caligine. Hoc ergo secundum membrum mittamus, solo priori retento, ut sit peccatum Veniale apud Papistas, quod est venia dignum. Vel, saltem secundo correcto, dicamus, siue in quo aliquid est, cur puniri non debeat.

XI. Tum ergo secundum peccatum erit petitio principij. Catholici enim vllum negant esse peccatum eiusmodi: vllum, inquam, quod sit venia dignum, quod in se habeat aliquid, cur puniri non debeat. Nam alioquin fatemur, esse nonnulla, quæ habent aliquid cur mitius puniri debeat non enim ut protestati sumus, omnia peccata æquamus, sed puniendatamen omnia, & quidem æterna pœna, iudicamus. Itaque, illud etiam confirmabile peccatum est: Non esse venialia, quia condonantur à Deo: sed condonari quia sunt venialia. Hoc enim æque horrent Catholici. Itaque non sumi debuit à Bellarmino: sed disputari. At hoc nimirum difficilior erat. Credo, illud tamen ineptius.

XII. Tertium peccatum, quum posuerit oportere aliquid esse in peccato vnde veniale dicatur, & hoc ipsum quid sit quaesierit, responderet, quia cum fide, ex Lutheranorum sententia. At qui hoc ridiculum. Nam hoc non est aliquid proponere, quod sit in peccato: sed tantum, quod sit in iudeli, vna cum peccato. A deo inconsiderate Bellarminus scribit.

XIII. Quartum peccatum. Quod quum quaereret, qui fiat, ut aliud peccatum cum fide consistat, aliud minime, respondentem Melanchthonem inducat, voluntarium, & inuoluntarium. At qui hæc calumnia est. Non enim id Melanchthon docet. Docet potius, quia fides sit in fideli, ideo peccatum esse inuoluntarium. Non autem, quia peccatum sit inuoluntarium, ideo fidem esse in fideli. Atque adeo totam doctrinam magni illius viri, mirum in modum peruertit. Melanchthon enim, venialis peccati ratione in persona accepta totam constituit: non autem infide. Verba diserta in locis communibus, capite de discrimine Mortalis, & Venialis. *Quia persona accepta est, accensa agnitione Christi, & fide in corde, & donata Spiritu Sancto: & aliquo modo infirmitatem agnoscit, & deplorat: & expauescit agnitione iræ Dei aduersus peccatum, & petit condonationem, & repugnat primis incendijs, sunt huic persona hæc mala, venialia peccata, id est, condonata, ita ut non excutiant Spiritum sanctum, & fidem, ac maneat persona in gratia. Hæc clare docet Paulus ad Romanos 8. Nulla nunc condemnatio est his qui in Christo Iesu ambulant, id est, ut si sunt in eis peccata, infirmitas illa quam dixi, & vitiosi affectus, tamen persona accepta est, & damnatio remota est, sicut & supra inquit, non estis sub lege, sed sub gratia. De inuoluntario autem statim, verum nihil, nisi soluens obiectionem eorum, qui motus illos, de quibus loquebatur, negabant esse voluntarios, & proinde penam mereri. Sed in eo ille non constituit rationem Venialis peccati. Negat quidem postea, propositum peccandi consistere cum fide. Sed hic propositum appellat, certam destinatumque voluntatem eius qui, sciens esse peccatum, ad id ipsum tamen agit se. Et hoc non consistere cum fide, non quod fidem expellat: sed quod in eo, qui fidem habet, non possit hoc propositum inueniri. Atque hæc eadem doctrina quæ Caluini. Sed non placet in ea diutius immorari.*

XIV. Quarta ratio: Omne peccatum, quod meretur supplicium sempiternum, auertit hominem à Deo. At peccatum veniale ex natura sua, non auertit hominem à Deo. Ergo peccatum Veniale, non meretur supplicium æternum. Probatur maior, quia pœna æterna non debetur peccato, nisi ratione auersionis a bono æterno, quod est Deus. Probatur minor: Quicquid auertit hominem à Deo, repugnat caritati. At peccatum veniale non repugnat caritati. Ergo peccatum veniale non auertit à Deo.

XV. Respondeo: Illud aduertere hominem à Deo sonat dupliciter, vel actualiter, vel meritorie. Actualiter, ut quis reapse separatus sit à Deo. At tum prioris Syllogismi negatur maior: quia quosdam amat Deus, etiam quum peccant: non quia peccant tamen, sed etiam quum peccant, ut bonus ille pater filium amabat, etiam tum quum erat prodigus, quamquam non quia esset prodigus. Verum est illud quidem, quod adfertur ad maioris confirmationem, æternam deberi pœnam peccato auertenti à bono æterno. Sed hoc nihil ad rem, quia peccatum supponitur auertens: quod ratem nunc negatur: Sin meritorie sonet, id est, ut mereatur ita peccans profusus auerti à Dei amore, negatur minor. Nam id omnino omne peccatum meretur, et si omne omnino peccatum non efficit, nimirum, quia etiam sic peccantium Deus non raro misereatur. Itaque meritum est quidem Petrus, cum Christum negauit, ut eum nunquam Christus amaret, at amauit tamen: itaque eo ipso peccato Petrus non fuit auersus à Dei amore.

XVI. In confirmatione minoris, iterum minorem nego. Nam charitas vel Dei est in nos: vel nostra in Deum. Vtroque autem modo peccatum omnino repugnat caritati. Caritati quidem Dei in nos, quia, ut dixi, meretur odium Dei, adeo, ut qui peccant, quomodocumque peccant tandem: mereantur iram Dei. Caritati etiam nostræ in Deum, quia eo ipso quod transgredimur eius mandata, minus amamus quam debemus, & ebeamus autem toto corde, tota anima, totis viribus, quæ cum peccato consistere nequeunt. Nam & ideo Angeli, animæque beatæ non peccant.

XVII. Quinta ratio: Si natura sua quæuis offensa dissolueret amicitiam Dei, eadem ratione dissolueret quamuis aliam amicitiam. At hoc absurdum. Ergo & illud. Probatur consequentia. Quia quod ex natura rei conuenit, semper & vbique conuenit. Probatur assumptum. Quia multum distat offensio grauis, & capitalis, à leui & veniali inter homines. Itaque qui amicis leuiter offendit, non tamen dissoluit amicitiam.

XVIII. Respondeo. Antecedens alienum esse à quaestione: Non enim, quaeritur, utrum omne peccatum dissoluat amicitiam Dei cum hominibus: sed utrum mereatur eam dissolui. Illud nos constanter negamus, qui affirmamus fidelibus omnia peccata, quamuis natura sua mortalia, tamē per

gratiam esse venialia. Hoc vero illud est, de quo agendum. Ponamus ergo sic argumentatum Bellarminianum: Si natura sua quævis offensa meretur dissolui amicitiam Dei: eadem ratione dissolueret quamvis aliam amicitiam. Hic vero primo negatur consequentia. Non est enim æquum, hominum in homines officia, æquari officijs hominum in Deum. Itaque neq; peccata ac proinde nullum est peccatum cuiusquam in nos non veniale: hoc est, quod nos non teneamur dissolvere. At hominum in Deum nullum veniale, si audiantur Catholici: multa certe mortalia, ipsis fatētib. Papistis.

XIX. Secundo, si non dissolvitur amicitia, propter leues offensas, at id tamen non est ex earum offensarum natura: sed ex alijs rationibus, quæ præponderant. Aliquando officijs præteritis: quæ non est æquum in oblivionem venire. Aliquando ipsa eius qui offenditur bonitate, atq; hæc causa potior: adeo ipsa docet experientia à varijs personis eadem peccata leuiora iudicari, aut grauiora. Sic Socrates vxoris peccata omnia tolerabat, etiam grauiissima. At Cæsar, ne suspicionem quidem: & ostenso calceo, rationem repudij reddidit. Sic pater in filijs sæpe dissimulat, quæ Dominus in seruis cruce vindicaret. Ut constet omnibus, non natura peccatorum fieri, ut ne dissoluantur amicitia: sed eorum ingenio aduersum quos peccata. Et sane, si hoc aliter esset, quid opus moneri Christianos, ut inter se peccata condonent? Imo hic verus Scripturæ sensus: *Caritas operit multitudinē peccatorum*. Ergo in argumento non tantum consequentia aliena: sed etiam assumptum non sincerum.

XX. Sexta ratio: Omne peccatum mortale, puniendum morte æterna. At nullum veniale puniendum morte æterna. Ergo nullum veniale, mortale. Probatum minor. Nullum peccatum imperfectum, puniendum morte æterna. At veniale est imperfectum. Ergo nullum veniale puniendum morte æterna. Probatum maior, quia mors æterna est pœna perfecta, non debetur a pœna perfecta, peccato imperfecto. Probatum minor: Omne peccatum perfectum, est perfecte voluntarium, aut perfecte contra legem perfectam. At nullum veniale peccatum, est aut perfecte voluntarium, aut perfecte contra legem perfectam. Ergo nullum veniale est perfecte peccatum. Probatum minor. Quia peccatum veniale triplex est, aut ex genere suo, ut verbum otiosum: aut ex imperfectione operis, id est, vel ex subreptione, ut desiderium illicitæ rei non plene deliberatum: vel ex paruitate materiæ, ut furtum vnus oboli. Si ex genere: potest quidem esse perfecte voluntarium, & perfecte contra legem aliquam. Sed non contra perfectam legem, id est, quæ sit perfecte lex & ex rigore, ut si lex fiat ne quis verbum otiosum loquatur, id præceptum non poterit esse perfecte, & in rigore, atq; antonomastice lex. Si ex subreptione, id vero non est perfecte voluntarium. Si ex paruitate materiæ: est quidem perfecte voluntarium, at non perfecte contra legem. Quia lex non prohibet furtum vnus oboli in specie, sed furtum in genere. Præterea, quia finis præcepti est caritas, qui prohibet furtum in genere. Præterea, quia finis præcepti est caritas, qui prohibet furtum in genere. Præterea, quia finis præcepti est caritas, qui prohibet furtum in genere. Præterea, quia finis præcepti est caritas, qui prohibet furtum in genere.

XXI. Deus bone, tantum ne artis: tantum industriæ in eleuandis legibus diuinis? Tantum sophisticæ in peccatoribus malacissandis: En tibi, homines approbos, & quibus tuto committas peccantium conscientias. Sed ad rem. Primi Syllogismi negatur minor. Item secundi, & tertij. Ita huc deuerum, ut inquirendum sit vtrum aliquod peccatum sit non perfecte voluntarium, non perfecte contra legem, aut non contra legem perfectam. Tria igitur enumerat peccatorum genera, quæ negat esse, prima quidem contra legem perfectam: secunda, plene voluntaria: tertia perfecte contra legem. Hæc igitur videamus. Prima sunt, quæ ex genere suo venialia, ut verbum otiosum. Ergo legem, quæ vetat verbum otiosum, negat esse perfectam legem, id est, vere rationem legis habere. Sed hoc falsum. Nam ea vere lex est quæ vere obligat conscientiam ad sui præstationem. At hæc lex vere obligat. Argumenta duo, primum, quia lata ab eo penes quem est maiestas, ac proinde ius leges condendi: nimirum a Deo: ut constat Matth. 12. Alterum, quia sancita comminatione pœnæ. Est enim comminatio pœnæ in ijs verbis, quibus significatur reddenda ratio apud tribunal Dei. Hæc certa sunt: itaq; maluit Bellarminus suo sibi iure sumere, eam legem non esse, quam probare.

XXII. Quod a, quæ ex subreptione fiunt, negat esse voluntaria perfecte, rursus etiam probandum fuerat, potius quam sumendum. Nam subreptionem existimamus opponi non voluntati, sed *τῆς ἀπορρησίας* id est, electioni: cum, omnibus cognitis pensatisq; circumstantijs, vnum eligitur denique. Nam sæpe accidit, ut motu subitaneo & inconsiderato, voluntas ipsa ad aliquid feratur: ut voluntate Petrus negauit: sed subitanea, & peccatum tamē etiam mortaliter. Quid? quod etiam peccatum originale est voluntarium, & quidem plene voluntarium? Voluntatem enim occupat. Itaq; & hæc quoq; quæ per subreptionem fiunt, voluntaria sunt, ideoq; & peccata, vere, inquam, peccata.

XXIII. Superest materiæ paruitas. Audiamus ergo Theologum. Furtum oboli non est perfecte contra legem. Attendamus magnum mysterium. Prima ratio: Quia lex non prohibet diserte furtum oboli. Quid ergo? Tunc vis, nihil esse peccatum nisi totidem syllabis vetitum? Non erit ergo peccatum, furtum centies sestertium. Non enim centies sestertium magis verbatim in lege, quam obolus. Et quia, exempli causa, se furtum nominasse Bellarminus protestatur, ut de cæteris idem fiat iudicium: quis non videt infinita huiusmodi, è peccatorum numero tollenda? Sed omnes vident potius Iesuitam insanire. Enimvero in exterminio Hierichuntis, non erat edictū, ne quis chlamidem subduceret, sed vniuersim tantum, ne quis quicquam attingeret. Et erat hæc pars prædæ, quantula? Et tamen mortaliter Achan peccat: Iosue 7. Non erat edictum, ut ne quis mel comederet. Et Ionatani tamen imputatur à Deo peccatum, qui se non ingurgitauerat: sed tantum mellis degustarat, quantum summa virga deducere potuerat. Nimirum exactiora erant hæc iudicia, iudicijs Iesuitarum.

XXIII. Altera ratio: Qui prohibet furtum, prohibet læsionem, & iniuriam proximi. Imo, inquam, non hoc tantum. Alias, quæ ratio esset prohibendæ concupiscentiæ? Nam certe concupiscentia proximum non lædit. Quid ergo? Nempe iustitia ipsius rationem habuit: & iniustum esse voluit aliena usurpare: eadem autoritate, qua voluit aliena quædam esse, non o-

mnia communia. Deinde, quid tum? An non lædit proximum, vnus oboli harpagatio? Lædit, ait vir bonus non offer: sed secundum quid. Hoc vero rursus quid est? At tu, qui mihi ante negabas fieri contra legem furtum oboli, quia non legeretur in lege furtum oboli: doce nunc sensum legis esse, ut nemo à *πῶλός* proximum lædat: cum tamen illud à *πῶλός* in lege non legam. Doce, inquam, non peccare eum, qui proximum lædit, nisi lædat à *πῶλός*. Aut cur furtum oboli, hoc ipso minus oporteat esse mortale, furtum centies sestertium? Nam & illud proximum lædit *κατὰ τὴν* nimirum abiata, non vita, nõ gloria, sed pecunia. Et si quicquam vis ulterius, fac centies sestertium perisole regi. Non ille certe omnem thesaurum suum perdidit: erit igitur peccatum *κατὰ τὴν*. An igitur non mortale? Et non *ὀλιγοί* Bellarminus?

XXV. At peccatum secundum quid, debet secundum quid puniri. Imo, inquam, falsum: debet enim absolute puniri. Nam illud monstrum phrasæ, secundum quid puniri, hæcenus nunquam auditum. Puniri enim quicunq; punitur: nec secundum quid, sed à *πῶλός*. Esti alioquin verum, pœnas esse inæquales. Sed cuiuslibet pœnæ exactio, siue ea magna sit, siue exigua, omnino punitio est. Quomodo furtum, semper est furtum, siue vnus oboli, siue centies sestertium. At finis mandati est caritas. Nam hoc statim ab initio proposuerat. Intellego, inquam: sed id significat, eo tendere mandatum, ut inter se homines caritatem colant, tum cogitando, tum loquendo, tum operando. Itaq; vitent quicquid est contra eam, non tantum furtum centum sestertium, sed etiam vnus oboli. Quæ, etsi non tantum vtrinq; damnum sit, tamen vtrinq; violetur caritas.

XXVI. Cotonus habet & sua Sophismata. Primum, Quæcunq; est pœna alicuius peccati, ea proportionatur ipsi peccato. At mors æterna, non proportionatur omni peccato. Ergo mors æterna non est pœna omnium peccatorum. Probatum maior: Deuter. 25. *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus*. Probatum minor. Et enim quænam proportio inueniri potest inter mortem æternam, & verbum otiosum, aut exiguum animi distractionem in orando, aut leuem irreuerentiam? Secundum, Si omne peccatum mortale hominem damnat ad mortem æternam: & omnes nostræ actiones sint mortales, ergo cuiuslibet homini certum est desperationis præcipitium, maxime in articulo mortis, quom fieri non possit, ut quisquam, quandiu in vita est, caueat ab omni imperfectione.

XXVII. Respondeo ad primum, negari minorē. Quod autem interrogat de proportionem inter mortem æternam, & verbum otiosum, respondeo, eam Deo iusto iudici constare: neq; reorum hoc iudicium esse. Enimvero, quid si ego similiter interrogaro, quænam sit proportio inter mortem æternam, & vnus frustuli larido vñcti esum? rursus inter eandem mortem, & omissionem voculæ *enim* in consecrando? rursus inter eandem, & vnam filii ex colo deductam in die festo ab anu alioquin otiosa? Nam hæc omnia Papistæ seuerissime prohibent, sub pœna peccati mortalis. Confugient credo ad autoritatem Ecclesiæ, quæ ita prohibuerit. At, ô scelesti, non erit dignus Deus, cuius prohibitio efficiat peccatum mortale: & erit digna illa, quam vocatis Ecclesiam? Ergo, quom Papistæ inter frustulum vñctum larido, & mortem æternam, proportionem inuenierint prohibitionem Ecclesiæ, multo iustius Catholici inter verbum otiosum, & mortem æternam, prohibitionem diuinam constituunt certam proportionem. Quia scriptū, *maledictus qui non permanserit in omnibus que scripta sunt in libro legis huius*.

Bernardus de Præcepto & dispensatione, c. 11. *Licet ipsa per se iniuncti operis qualitas innoxia sit, adiuncta tamen autoritatis pondus, obnoxium mandato, mandatumq; peccato obnoxium facit: non magno tamen, si contemptus defuerit.*

XXVIII. Secundum, dignum est ijs, quibus misericordia Dei est incognita, vel qui nolunt ex ea sola in solidum constare suam homini salutem. Sed hi quomodo possunt in articulo mortis quenquam consolari reum peccati mortalis? Nam Catholici facile possunt, docti à Paulo 1. ad Timoth. 1. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum saluos facere peccatores, quorum primus ego sum*. Itaque Cotonus incommodum aliud est nihil, præter ineptam contrariarum sententiarum conferrationem. Nam cum Catholicorum sententiam supponat de omni peccato mortali: tum conclusionem infert ex sententia Papistica, quæ nõ vult quemquam securum esse de sua salute, ex gratuita remissione. Alioquin quæ causa obiectionis? Nam ijdem, qui negant vllum esse peccatum veniale, etiam asserunt non posse quemquam, quandiu in vita est, cauere sibi ab omni peccato mortali. Sed & ijdem docent, mortuum esse Christum pro peccatoribus, non illis tantum: à quibus ista minutula admissa sunt, quæ vna aquæ guttula eluat: sed illa etiam, quæ sunt grauiissima. Non legerat Cotonus Augustinum Epistola 29. *Quæ igitur spes est, nisi superexultet misericordia iudicium?* Vide eundem de Peccatorum meritis & Remissione capite: tertio. Sed audi, quod alias ex Athanasio recitatum est libro de Comuni essentia. *ὅτι ἐστὶν ἀμαρτία ἀσύνετος ὁ ἄνθρωπος, ὅτι τῆς γνησίας κατὰ ἀδελφὰς μετανοοῖν*. Nullum peccatum est non veniale apud Deum, in iis quæ sincere, & pro rei grauitate pœnitentia tanguntur.

C A P. XI.

An Traditio euincat aliqua peccata esse Venialia.

Superest Ecclesiæ traditio. In ea Concilij priorem locum Bellarminus concedit: alterum Patribus. Sed antequam ad locos venio, refutanda status quæstionis memoria. Primum ergo non quaeritur, vtrum in æqualia sint peccata. Nam id prolixè concessum. Secundo, non quaeritur, vtrum quædam sint venialia, nam & nos omnia esse posse concedimus. Quomodo Papistæ Sionius in demonstrationibus Tract. 9. cap. 3. disputat, *Peccata mortalia, valde esse inæqualia: at tamen prorsus nullum esse penitus irremissibile*. Tantum ergo quaeritur, vtrum peccata sint quædam hoc sensu venialia, ut sua natura veniam mereantur. Hoc ergo Bellarminus debet à Traditio: ne probare.

II. Profert primo loco Concilium Mileuitanum, quod canonibus septimo & octauo docet, sanctos & iustos homines habere peccata quadam, quæ tamen sanctitatis & iustitiæ non repugnant, tamen vere peccata sint, & remissione indigeant. Quænam autem illa sint, colligit ex Augustino c. 38. lib. de Natura & Gratia. *Ita nec commemorandum fuit, si Abel, quamuis iustus*

merito iustus appellatus est, paulo immoderatus aliquando risit, vel animi remissione iocatus est, vel vidit aliquid ad concipiendum, vel aliquando immoderatus poma decerpit, vel pluculo cibo crudior fuit, vel cum oraret, cogitavit aliquid, ac similia multa subrosferunt. Tum subiicit: Hæ actiones si essent peccata mortalia ex natura sua, sine dubio imputarentur à Deo, & hominem dampnarent, ac per hoc cum iustitia nullo modo consisterent. At hæ actiones ex doctrina S. Augustini, & Concilij, venialia sunt, & cum iustitia consistunt. Igitur non sunt mortalia ex natura sua, sed ex natura, & ex genere, & modis omnibus, absolute, & simpliciter venialia. Baptista breuiatortolum torquet hoc modo: Sunt ergo talia, vel natura vel non imputatione. Si prius, est quod quaritur, sin autem posterius, ergo, vel nusquam mortaliter peccabunt iusti, gratiamue amittent, quantum unq; grauiã committant. Quod tamen falsum, vt in Dauide, & Petro. Vel omnia eorum peccata erunt mortalia. Itaque, præter Christum & Beatam Mariam, nulli vnquam fuerunt, aut erunt iusti, cum nemo sine culpa viuat.

II. Sed hic præter imposturas & rugas nihil est. Impositura, Concilium loquutum de peccatis, quæ sanctitati & iustitiã non repugnent. Hæc verba solius sunt Bellarmini: Concilij nulla. Hoc tantum illi Canones volunt: Sanctos pro seipsis in oratione Dominica postulare remissionem peccatorum, ideoque vere habuisse peccata. Quid noui? Non & nunc Catholici similiter? Nisi forte frontem perfricent Papistæ, & mortalia negent esse peccata. Sed si mortalia inquit, nullo modo cum iustitia consisterent. Quo sensu, inquam? An vt non sit iustus quiquam, quatenus ijs indulget? Verum. At id omnibus omnino commune peccatis. Itaque nihil ad rem. An, vt ne iustiquidem vilo modo, in quibus illa inueniuntur. Falsum, Atque audin? Id ipsi te Patres illi doceant: qui Danielem de se ipso loquutum asserunt, quum loquutus hæc verba, c. 9. *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis.* Quis ita describi dicat leuia, minima, venialia? Et tamẽ Mileuitani, *Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cetera, quæ ibi veraciter, & humiliter confiteatur, ne putaretur quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit, Quum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino D. E. O. nostro noluit dicere peccata nostra, sed populi sui, dixit, & sua, quia futuros istos, qui tam male intelligunt, tanquam Prophetæ, prouidit. Diferte. Daniel sanctus & iustus, & tamen confitens se peccasse, & hoc toleret Bellarminus, sed & iniquitatem fecisse, diuiniã, quam vt leuia quiddam, & minurulum intelligi queat. Verum, impie egimus, quis de venialib. interpretetur? Etiam auget: *Recessimus, & declinauimus à mandatis tuis. Quamquam Hebraice est, Rebelles fuimus, etiam recedendo à mandatis tuis, & iudiciis tuis.* Ergo iusti & sancti peccant, & peccant non venialiter: contra quam Bellarminus putabat.*

VI. At Augustini Bellarminus commentarium profert, vt doceat quam iustorum peccata Mileuitana Synodus intellexit, cui ipse intererat. Nempe ergo immoderatiorem risam, remissionem ad iocos animarum, concupiscentiam, immoderatus poma decerpita, crudelitatem à pluculo cibo, intentionem reuocata nonnullis cogitationibus inter orandum. Enimvero, inquam, hic illorum verborum commentarius nullus est. Scripsit eã Augustinus aduersus quemdam asserentem in Abele, nulla fuisse peccata: quia nulla notauerit Spiritus sanctus. Contra ille, fuisse in Abele peccata, etsi nulla notauerit Scriptura, quia non soleant ista minuta notari. Ergo hic locus nihil ad Concilium. Deinde probabit ille, in sanctis reperiri illa leuiora. Sed nulla reperiri grauiora, non probabit. Tertio, ne hic quidem de venialibus quicquam Augustinus. Nam leuia, minuta, nos ipsi fatemur qui tamen negamus esse sua natura venialia.

V. Breuiator, quid diceret non attendit. Nam vere fidelium peccata sunt venialia, quia non imputantur. Ideoque nusquam mortaliter peccare verum, hoc eodem sensu. Non enim mortaliter peccauit Dauid, nõ Petrus: non enim fuerit morti adiudicatus: sed potius ad vitam translatus. Sed & verum, omnia iustorum peccata esse mortalia alio sensu, nempe ex ipsorum peccatorum natura. Sed nullos futuros iustos præter Christum, & Mariam distinguo. Iustos enim dicit vel ex operibus, vel ex gratia, iustum ex operibus, nullum omnino agnoscunt Catholici, præter Christum: ne excepta quidẽ Beata Virgine. Iustos autem, ex gratia omnes fideles, etiam Latronem illum bonum cum Domino crucifixum.

VI. Conclio Mileuitano, Tridentinum subiicit Bellarminus, sed faceret: Propter Catholicos, inquit, id est Papistas: Quomodo si quis olim Ariminense, propter Arianos. Proferat simile. Solum enim Ariani deferebant huic, & illi: soli Papistæ. Permittamus ergo Tridentinos Patres otiose definire, omnia mortalia in confessione aperiente necessaria: venialia non nisi vtiliter. Sed ne magis Catholicos moueat, quam cum Ariminenses inæqualitatem Trinitatis firmare. Quamquam Ariminensi tanto inferius Tridentinum, quanto certius nihil saltem ab Ariani acceptum, hoc autem ne quidem apud Papistas obtinere potuerit.

VII. Sequuntur Patres tum Græci, tum Latini. In quibus non est quod immoremur diu. Nam Bellarminus ipse quum videret minimum sibi in ijs esse præsidij, occupauit, & ne liberum esset lectori iudicium, commento eavit. Intelligimus, inquit, sanctos Patres, cum de peccatis venialibus verba faciunt, ea venialia peccata significare velle, quæ natura sua talia sunt, ex eo quod leuissima, minuta, quotidiana vocant. Neq; enim minuta, & leuia recte dici queunt, quæ ex natura sua reum mortis æternæ constituunt. Vnde credo Cotono persuasum, vt in vertendis locis, quos profert ex Patribus, semper, aut fere semper prauia & leuia, Gallice reddat, Mortalia & Venialia.

VIII. Scilicet, Venialia peccata, qui diceret, qui nominaret, ne vnus quidem ex Patrib. citatus est. Tam fuit arida causa. Quum igitur non legerent nisi leuia, minuta, quotidiana: necessitatio huc confugiunt. Sed nos nobis imponi tam facile non patimur. Etsi hodie Papistis liber insanire, vt peccata leuia, minuta, quotidiana, eadem venialia, & sua natura dicant venialia, at nos, id Patrib. in mentem venisse negamus. Sed non essent leuia, inquit, si mortem æternam mererentur. Falsum, inquam, Nam leuia non absolute dicuntur: sed inter se comparate. Quomodo trabes lignæ, leuis, non absolute, sunt omnia alia longe leuiora: sed comparate cum ingenti saxo: aut

plumbea massa. Et ita satisfactum esto locis ijs omnibus, in quibus nihil est aliud momenti.

IX. Sed sunt patia in speciem duriora. Tertull. de Pudicitia c. 2. citatur à Coccio: *Causas penitentia delicta condicimus. Hæc diuidimus in duos textus. Alia erunt remissibilia, alia irremissibilia: secundum quod nemini dubium est, alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum autem venia expungitur, aut pœna, venia, & castigatione pœna ex damnatione.*

X. Sed Tertull. hunc librum iam scripsit hæreticus, & ex professo contra Catholicos. Erit igitur & hic aduersus Pſychicos (ita Catholicos infamabat) ritulos, aduersus me & quosq; sententia retro penes illos societate. En tibi diferte Apostasiam suam profitentẽ. Neq; tantum liber hæreticus: sed & hoc ipsum dictum inde excerptum. Quæstio erat, vtrum mœchis in Ecclesia per penitentiam danda venia. Catholici assensabant. Montanistæ negabant. Proferebant illi locos multos de misericordia Dei, & de indulgendo peccata. Opponit Tertullianus, multos locos de seuerõ Dei iudicio, conciliare conatur hæc peccatorum remissibilia, & irremissibilia distinctione, qua nunc abutitur Coccio, sed subdole tacuit definitionem. Nam certe Tertullianus remissibilia dixit, irremissibiliaq; non Dei ratione, sed hominum, id est, Ecclesiæ, vt sint ei remissibilia, quæ per penitentiam ab Ecclesia possint condonari, irremissibilia autem quæ non possint.

XI. Hoc si non probem, nihil est quod recusem. Primo hæc diferta. *Dimitti a. vt dimittantur tibi à Deo delicta mandantur, quæ quis in fratrem, non in Deum admisit.* Sic enim recte restituit Latinius, quum ante nullus sensus esset. Sed prolixius c. 3. vbi obijcientes inducit Catholicos. Si quædam penitentia carent venia, ergo non agendam penitentiam, nihil enim frustra agendum, respondet. *Quantum ad illos, à quibus pacem humanam consequitur, frustra agitur (ita addit Latinius, & necessario) quantum autem ad nos qui solum Dominum meminimus delicta concedere, & vtiq; mortalia, non frustra agitur.* At Dominum enim remissa, & illi inde prostrata, hoc ipso magis operabitur veniam, quod eam à solo Deo exorat, quod delicto suo humanam pacem sufficere non credit, quod Ecclesia mauiult erubescere, quæ communicare. Assiste enim pro foribus eius, & de notæ sua exemplo ceteros admonet, & Lachrymas fratrum sibi quoq; aduocat, precibusq; negotiata (ex correctione Latini) compassionem elicit, quam communicationem. Et si pacem hic non metit, apud Dominum seminat, nec amittit, sed preparat fructum. Nec vacabit ab emolumento, si non vacauerit ab officio. Ita nec penitentia huiusmodi vana, nec disciplina eiusmodi dura est. Deum amba honorant, illa nihil sibi blandiendo, facilius imperabit, ista nihil sibi adsumendo, plenius adiuuabit. Possumus igitur demandaia penitentia distinctione ad ipsorum delictorum regredi censum, an ea sint, quæ veniam ab hominibus (testatur Latinius) consequi possint. Nihil iam opus monitore. Omnia peripicua. Apud Deum concedit per penitentiam expungi, siue remitti peccata, etiam ea quæ irremissibilia, apud Ecclesiã vero non relaxari, non relaxari, inquam, per penitentiam. Itaq; sententia est hæretica. Ac sane id ille testatus initio, *Causas penitentia delicta condicimus. Hæc diuidimus in duos exitus. Condicimus, diuidimus, nos, nempe Montanistæ, qui à Catholicis discessimus. Quare prudenter Bellarminus omisit: imo alij credo omnes. Certe Pamelius neglexit, alioquin exactissimus in huiusmodi minutijs Sed Coccio, vt ingentia plaustra conficeret, omnia erant temere & absque iudicio conuertenda. Quod semper strenue facit, adeo vt confidenter dicant nunquam hominem fuisse magis cerebro vacuum.*

XII. Origenes in Lucam hom. 35. *Vnusquisq; pro qualitate & quantitate peccati diuersam multa sententiam expendit. Si paruum est, quod peccas, serieris damno minuti, vt Lucas scripsit, vt vero Matthæus, quadrantis. Veruntamen, necesse est hoc ipsum quod extitisti debitor soluere. Non enim inde exies, nisi & minima quæq; persolueris. Et post. Si qui parum debet, non egreditur, nisi exsoluat minutum quadrante, vtiq; qui tanto debito fuerit obnoxius: infinita et ad reddendum secula aueruntur.*

XIII. Respondeo, Origenem hæc ipsa in te fuisse hæreticum. Credidisse enim omnes omnium improbotum, etiam Diabolorum pœnas esse temporales, id est, certis temporum spatijs descriptas. August in Origenistis, *Quis Catholicus Christianus, vel doctus, vel indoctus non vehementer exhorreat, eam quam dicit purgationem malorum, id est, etiam eos qui hanc vitam in flagitijs & facinoribus, & sacrilegijs atq; impietatibus quamlibet maximis finierint, ipsum etiam postremo diabolum, atq; Angelos eius, quamuis post longissima tempora purgatos atq; liberatos, regno Dei, huiusque restitui? Et hunc miretur quicquam dicere, quædam peccata non mortalia, qui omnia docuit venialia? Omnino ita erat necesse, si etiam grauissima peccata voluit post longissima tempora, id est, infinita secula deleri, vt leuiora minutioraq; breuioribus temporibus, seculisq; paucioribus detineri assereret. Atque adeo hæc ipsa, quæ nunc citatur, homilia in eam hæresin manifesta est. *Qui fidelis est, inquit, nullo damno percutitur, sed quotidie ditatur, totus enim mundus diuitiarum eius est. Infidelis autem nec obolum habet. Alius damnatur denario, alius mna, alius talento. Tu tibi hominum duo genera, Fidelium, & infidelium. Fideles negat vllum damnatum pati, quod iam est contra Papistarum doctrinam: qui etiam fideles detrudunt ob venialia peccata, vel etiam ob mortalia non plene satisfacta, in Purgatorium, vbi pœna est dandi. At infideles docet damnari denario, mna, talento. Ergo ad infideles pertinet illa temporum differentia, Viderint Papistæ. At Catholicis, teste August. horrent.**

XIV. Hieronymus 5. *Marthæ: eadem venialia peccata, peccata minuta nominanda censuit. Et ibidem explicans illud. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: dicit esse discrimen inter peccata & peccata: illud esse desiderium cum consensu, hanc titillationem sine consensu. & addit. *non ad Deum culpam habere vitij, nõ tamen teneri crimine. Ergo docet peccata esse peccatum aliquod, sed leue, nec dici posse crimine: nisi accedat consensus. Item lib. 2. aduersus Iouinianum, qui peccata patia esse dicebat. Non tibi habebunt tantas gratias, quod de humili in sublime leuatis: quantum irascuntur quos propter leue, quotidianumq; peccatum in exteriores tenebras retulisti. Et nulla fietet iniuria, si peccata leuia ex natura sua pœna gehennæ mereretur.**

XV. Resp. de peccatis minutis, iam dixisse me quod satis est. Superfluum duo loci: quorum prior de discrimine peccatorum, & peccatorum. In quo nihil nõ vere Hieronymus scripsit: si tamen voluntatem non simpliciter, sed secundum quid, sumimus: nã alias ne vitium quidem vllum (hoc saltem in argumentis) esse potest non vere voluntarium, alioquin nullum esset peccatum.

Sed hoc ita posito, vere omnia hæc Hieronymus. At ille non dixit esse illam non esse peccatum: imo non dixit esse veniale peccatum. Nec facile potuit nisi Christo ipsi contradiceret: afferenti hæc *negon ad Deum esse peccatum*, eo ipso loco quem Hieronymus tum temporis explicabat. Itaq; frustra profertur à Bellarmino. Alter locus nihilo magis ad rem. Non venialis vel verbulo meminit: sed duntaxat inæqualitatis, quam Iovinianus impugnavat. At iniuriam fieri dicit ijs, qui propter leue peccatum in exteriores tenebras retruduntur. Ex sensu Ioviniani, qui omnia peccata grauitate æquabat, & omnia iisdem pœnis plectebat. Itaq; Hieronymo, exteriores tenebræ sunt grauissima inferorum pœnæ. Hoc sensu recte dicit ijs iniuriã fieri. Nec tamen venialitatẽ Papisticam magis probauit, quam venialitatẽ.

XVI. Superest August. à quo varij delinuntur loci: sed pleriq; ad argumentum pertinent, quod initio huius capituli examinatum fuit. Vnus scorum abit Ex 22. cap. Enchir. *Non ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro salute quorundam mentimur. Peccatum ergo est: sed veniale, quod beneuolentia excusat.*

XVII. Resp. Primo hæc verba nulla esse in meis membranis vetustissimis & castigatissimis, quas omnib. editis libris ego quidem longe præferendas cõseo. Hæc sic legunt, *Si a merito nobis placet castitas: quid offendit Veritas, ut propter alienam utilitatẽ illa non violetur adulterando, & violetur ista mentiendo? Plurimum quidem ad bonum profecisse hominis, qui nõ nisi pro salute hominis mentitur, non est negandũ. Cõsiderent docti, & aut ego vehemeter fallor, aut ista longe facilius coherere comperient, quam vt editum hæctenus. Nam ista, quis non facile suspicetur esse ex margine annotationem, vel potius argumentum totius capituli? Certe hiatum nescio qui non sentiat inter has periodos. *Si autem merito nobis placet castitas, quid offendit Veritas, ut propter alienam utilitatẽ illa non violetur adulterando, & violetur ista mentiendo? Nõ ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro salute quorundam mentimur.* In his, inquam, est, aliquid *de viis*: aut ego nullum me esse fateor.*

XVIII. Et tamen illud ipsum etiam veniale, nego fauere Papistis. Quomodo enim veniale? Diserte audi: *Peccatum ergo est, sed veniale, quod beneuolentia excusat, & ideo fallacia damnat.* Nam hæc postrema, quæ neglexit Bellarminus, adduntur, quanquam corrupta, nam quis sensus esse potest? Patet in eodem opere considerari beneuolentiam, & fallaciam. Certe beneuolentia non est peccatum, non est vitium. Quid ergo docet ne illam fallaciam per se & sua natura mereri veniam? Minime vero: sed excusa. non à seipsa, sed à beneuolentia. Non ergo peccatum hoc, quatenus peccatum meretur veniam, sed quomodo omnia omnino. Nempe enim, non & nos docemus omnia peccata etiam mortalia, per fidem fieri venialia? Nimirum illa peccata fides excusat.

C A P. XII.

Nulla peccata esse venialia.

I. Non probant Papistæ sua venialia. Nos etiam impugnamus à Scripturis & a Patribus probantes, omnia peccata esse mortalia: quo sensu Papistæ mortalia definiunt. A Scripturis ergo.

II. Primum argumentum: Omne peccatum, quod meretur mortẽ, est mortale. At omne peccatum meretur mortem. Ergo omne peccatum est mortale. Maior per se patet ex definitione peccati mortalis, etiam apud Papistas Minor probatur. Ad Rom. 6. *Stipendium peccati mors.* Ezech. 18. *Anima qua peccauerit, ipsa morietur.* Deut. 27. *Maledictus omnis, qui non permanferit in omnib. qua scripta sunt in libro legis huius, & reperiuntur à Paulo ad Gal. 3.*

III. Bellarm. negat minorem. Et locos citatos esse non vniuersales de omnib. peccatis. Sed particulares de quibusdam. Hoc demonstrare conatur primo in genere, deinde per singulos locos. Argumentũ generale. Si Scripturæ illæ peccata venialia cõprehenderent, ergo homines iusti ob sola peccata venialia, à gratia non tantũ possent excidere, sed etiam reipsa exciderent. At absurdum consequens. Ergo antecedens. Probatur consequentiã. Quia Scripturæ illæ non dicunt, animã, quæ peccauerit, posse mori, si Deus imputare velit peccatum: sed plane mori, neq; dicunt stipendium peccati posse esse mortem, sed reipsa esse, neq; eum, qui non permanferit in præceptis Domini, posse maledici, si Deus voluerit, sed iam esse maledictum.

IV. Sed contra, certum locos esse vniuersales, vt patebit paulo post, ex singulorum consideratione. Nunc respondeo ad argumentum, negata cõsequentiã. Nam negant Catholici, vilo peccato, quantumuis grauissimo, nedum leuissimo, quenquam semel receptum in gratiam à Deo, decidere à gratia, qua de re etiam suo loco disputabitur. Nec ratio Bellarm. quicquam euincit. Nam formulæ illæ legis sunt: quæ quid mereatur peccatum docent, non a. quod necessario fiat in peccatore. Alioquin omnes oportet dampnari in ignem æternum, quod tamen non fit: ostenduntur enim, quid grauissime peccauerunt, quos tamen constat nunquam adijisse ignem æternum. Sed hoc, habita ipsius peccati ratione, mere est accidentarium. Non enim ex natura peccati, sed ex infinita Dei bonitate, dissoluentis legem. Itaq; Augustinus, Confessionum lib. 9. c. vlt. *Va, inquit, etiam laudabili vitæ hominum: docens quid proprie propter peccata mereantur homines, sed, si remota misericordia discutiatur eam significans, quid, non obstante peccato, faciat in homine misericordia: quæ nullo modo est à natura peccati, sed prorsus extrinseca peccato. Quin ipsi Papistæ agnoscent vere dictum de mortalibus. *Obsonium peccati mors, anima qua peccauerit, ipsa morietur.* Et tamen non admittunt, omnes qui mortaliter peccant, propterea mori, scilicet æterna morte. Quomodo ergo de suis mortalibus Papistæ: sic Catholici de omnibus. Etsi omnia peccata mereantur mortem æternam, tamen non omnes qui ea peccata perpetrant, moriuntur morte æterna, & reciproce, etsi omnes qui peccata committunt non moriantur morte æterna, tamen omnia peccata merentur mortem æternam.*

V. Ab argumento generali, transit Bellarminus ad singulos locos: quos ex adiunctis, vel præcedentibus, vel sequentibus, ostendit esse particulares. Ergo singulos ordine. Primum, ex cap. ad Romanos 6. Hic vero, inquit, Paulus de peccato illo disserit, quod pugnat cum gratia, & simul cum iustitia manere non potest & quod qui habet, mortuus est, qui non habet viuus, qualia sunt non omnia peccata, sed solum lethalia. De his igitur pec-

catis in extremo capite concludit. *Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna.*

VI. At Bellarminus nimium quam longe abit à sinceritate Christiana, veris falsa permiscens: quasi omnium eadem esse ratio. Imo, pro Apostoli verbis, quæ omnino præstiterat retinere, alia sua substituens. Primo concedimus, Paulum loqui de peccatis, quæ pugnant cum gratia, sicut de ea morte, quæ repugnat vitæ. Sed addimus, omnia peccata pugnare cum gratia: si enim non pugnant, non abolerentur à gratia. Abolerentur autem etiam venialia. Secundo, peccatum manere cum iustitia, ambiguum est, vel enim eodem respectu, vel diuerso. Si eodem respectu, verum, non enim quisquam esse potest iustus, quatenus peccat. At hoc sensu nulla peccata simul cum iustitia manere possunt. Itaq; nihil hic causæ, quominus de omnibus Paulus sit loquutus. Si diuerso respectu, vt qui vnum peccatũ peccat, nullo modo iustus dici possit, de his vero peccatis, non est loquutus. Nam saltem de mortalibus concedunt esse loquutum. At ne mortalia quidem hoc sensu non consistere possunt cum iustitia, vt probatum capite præcedenti, ex Concilio Mileuitano. Tertio, de eo peccato loqui Paulũ, quod qui habet, mortuus est, & qui nõ habet, viuus, hoc vero penitus falsum. Nam contra de eo loqui certum, cui quis viuus, hoc vero penitus falsum. Itaq; neque hæc mors, neq; illa vita, æterna intelligenda, sed temporalis, nempe conuersatio, vt is mortuus sit peccato, qui desinit à peccato, & is viuus, qui non desinit. Quæ phrasid longe abit ab hoc instituto. Iustinianus in Paraphrasi: Qui peccati vires fregimus, & eius veluti vitam in nobis penitus extinximus.

VII. Porro patet ex toto capite, Apostolum dehortari Christianos à peccato, *Quid igitur, inquit, permanebimus in peccato, vt gratia auctior fiat? Absit.* Propositio est ergo: Christianus debet abstinere à peccatis. Quid? an ita maligne Paulum quis interpretabitur, vt docere dicat, abstinendum à quibusdam peccatis, non autem ab omnibus? At qui primum statim argumentum obstat, à Baptismo: in quo non aliqua tantum peccata dimittuntur, sed omnia, non quibusdam renunciat, sed omnibus. Quam autem inter argumenta, quibus ea propositio persuadetur, vnum hoc fit, à stipendio peccati: ergo hoc stipendium peccati generaliter est intelligendum, de omnibus peccatis.

VIII. Bouerius, dolose argui ab originali peccato ad veniale. Paulum de eo peccato loqui, à quo per Baptismum Romani fuerant liberati: toto enim capite de gratia Baptismi disserere. Sed hoc ridiculum. Nam primo Paulus non disputat ex professo de Baptismo: sed de vitando peccato: Induxit à Baptismo pro argumento primo: sed non solo. Imo Thomas sic distinguit, vt primum argumentum sit acceptum ex beneficio diuino. Alterum, & id quidem pertinens ad hunc contextum: ex prioris vitæ consuetudine: nempe magis insistendum ad seruicium iustitiæ, quam studerimus ad seruendum peccato. At qui, inquam, seruiebam nõ tantum magnis peccatis, sed etiam leuioribus. Itaq; certum est debere etiam abstinere ab istis, non ab illis tantum. Et vero Baptismum remittere omnia peccata, solennis Ecclesiæ fides, neq; quemquam audiui negantem remittere leuiora, ne Papistæ quidem venialia. Quare non patitur hæc etiam Pauli conclusio restrictionem ad peccatum originale.

IX. Secundus locus erat, ex 28. Ezechielis. At Ezechiel, inquit Iesuita) enumerat varia scelera, quæ sunt omnia genere suo mortalia: & quidem ex grauioribus, & ideo abominationes, atq; impietates ea nominat. De huiusmodi autem peccatis restrictissime dicitur, Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.

X. Genere suo mortalia, inquit. At primo Bellarminũ memiisse oportuit, ab se peccata venialia esse constituta aliqua genere suo venialia: aliqua defectu intentionis: alia paruitate materiæ. Quæ si vera distinctio: tum quæ propter intentionis defectum, aut paruitatem materiæ venialia sunt, ea nõ sunt suo genere venialia. Et quia inter venialia, & mortalia nihil est medium: Ergo, quæ non sunt genere suo venialia, erunt genere suo mortalia. Si ergo Ezechiel loquutus est de peccatis suo genere mortalibus, proculdubio loquutus est etiam de ijs venialibus, quæ sunt venialia (si tamen sunt) ex defectu intentionis, & materiæ paruitate. Ac proinde de his verum, Animam, quæ peccauerit, esse morituram: ideoq; ea peccata, quæ illi venialia dicunt, esse mortalia. Itaq; hæc saltem parte Ezechiel Papistis aduersatur, & nos aduersari docet, vt credamus, omnã animam, quæ peccarit peccata suo genere mortalia, morituram. Et quia hac parte mentiti erunt Papistæ: tum neq; in alia fidem merebuntur, quum quædam doceat esse peccata non suo genere mortalia.

XI. Neque verum, omnia enumerata esse ex grauioribus. Nam illud disertum, *hominem contristauerit: sic enim in vulgata versione, sic afflixerit* Munsterus, *laferit*, Tigurini, nec fortasse male, *vexarit*: Sed vt vt sit, tamẽ hoc longe est infra illa maxima, Idololatriam, adulterium, homicidium, Quid? non legit Bellarminus, *neq; plus accipiet?* At hic certe occurrere potest paruitas materiæ: nam & qui obolum accipit præter sortem milles sestertium, peccabit Bellarmino peccatũ veniale, & tamẽ plus accipiet. Quid illud de muliere menstruata? Erat ne ex grauioribus peccatis, si quis ad eã accessisset paulo propius? Nam erat inter ceremonias, & leuib. quibusdam ritibus expræbatur, neque in peccatis erat, sed in immunditijs, Leuit. 15. itaque poterat à Iudæis, si Iudæi quidam fuissent subtiliter Iesuitæ, dici peccatum suo genere veniale, & tamen de hoc ipso, *Anima, qua peccauerit, morietur.*

XII. Ad abominationes, & impietates quod attinet: primo impietates, seuerius dixit Latinus interpretes, quam ipse Propheta, qui tantum *hyw* iniquitatem, siue nequitiam, Abominationes a. non nominauit Ezechiel generaliter omnia peccata, à se enumerata, sed duntaxat Idololatriam. Ad Idola, inquit, *sustulit oculos suos, abominationem fecit.* Quare, non possunt hoc vocabulo excludi leuia peccata.

XIII. Tertius locus erat Deut. 27. Sed hæc maledictio, inquit Bellarminus, refertur à violatores mandatorum, quæ in Deuteronomio tradita fuerant. Id enim significat pronomen *in libro legis huius.* Ea vero mandata sunt omnia longe grauissima de Idololatria, incestu, homicidio, & similib. quæ consensu omnium crimina sunt, ac peccata lethalia.

XIV. Respondeo, primo, per librum legis huius, intelligi à Mose vniuersam legem: non autem enumerationem illam peccatorum, quæ eodem capite

capite continetur. Quod cuius tantum legenti erat perspicuum. Nam in ea enumeratione, quia longum foret nihil omittere, tamen præcipua quædam capita recensentur, quibus nominatim additur maledictio. Ad extremum, ut solet, vnum additur capitulum generalissimum: ut ne propter sex, septem, plus minusve capita sola, Iudæi se ei maledictioni putarent obnoxios. Itaque hæc verba necessario generaliter sunt intelligenda, de omnibus transgressionibus mandatorum omnium, quæ continentur in lege, quam Moyses tradiderat populo. In ijs autem alia fuisse minora alijs nemo ignorat. Sed & in ijs transgressionibus occurrere & defectum illum voluntatis, & paritatem materiæ, & reliqua, quæ curiosi postea Papistæ indagauerunt, non est ambiguum. Transgressionibus igitur omnes illæ maledictionem merentur. Denique, si quid erat ambigui, at Paulus soluit, qui diserte. *Exsecrabilis, quicumque non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis.*

XV. Secundum argumentum: ex secundo Iacobi, *Quisquis totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, omnibus tenetur.* Certe qui totius legis violata reus est, is peccat mortaliter. Tum autem, qui offendit in minimo, offendit in vno. Quare qui offendit in minimo, peccat mortaliter. Ac proinde peccatum veniale.

XVI. Bellarminus asserit Iacobum non agere de omnibus peccatis. Probat dupliciter. Primo, quia loquatur de peccatis, quæ proprie & perfecte sunt contra legem. Hoc probat, quia statim subiungatur: *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.* Secundo, quia Iacobus intelligat offensionem, quæ caritatem excludat. Hoc probat, quia Augustinus, Beda, & Oecumenius, docuerint causam, cur qui offendat in vno, reus sit omnium, hanc esse, quia omnia mandata ad vnum caritatis reuocentur: unde sequitur, ut qui vnum aliquod præceptum violet, caritatem violet, ac consequenter quodammodo totam legem.

XVII. Sed rursus nemo non videt violentissime torqueri textum Apostoli. Nam omne peccatum est contra legem: testante Ioanne, peccatum esse omniam, transgressionem legis. Itaque aut vnum peccatum non facit, aut legem transgreditur. At Iacobus docuit, qui vnum peccatum facit transgrediendo legem, eum peccare in totam legem. Et ita solet, vnum, vsurpari pro quolibet, absque villo defectu. Matth. 5. *Iota vnum, aut vnus apex non præterierit ex lege.* Hoc est, quum in lege multa sint Iota multiq; apices, tamè nullum est eorum, quod præteritum sit. Decimo, *Nonne duo passeris assario vneunt, & vnus ex eis, id est, neuter, non cadit humi sine patre vestro?* Rursus, *Quicumq; potum dederit vni ex minimis istis: id est, cuiuslibet, Lucæ 15. Si habeat centum oves, & perdidit vnam ex illis: non vnam certam, puta fecundissimam: sed quamlibet, etiam minimam. Sexcenta sunt huiusmodi.*

XVIII. Quid ergo Bellarminus negat agere de omnibus peccatis? Quamquam distinguendum, Agit, vel toto sermonis contextu, vel his verbis. Nā illud verum. Agit enim specialiter de caritate, quam nolebat violari, vel de acceptione personarum. Sed id quid Bellarminum iuuat? Non enim a toto contextu argumentatur: sed ab his verbis. His autem verbis falsum non agi de omnibus peccatis. Est enim argumentum a natura legis, quæ salua esse non potest, si violetur in vno capite. Veruntamen, loquitur, inquit, de peccatis quæ sunt proprie, & perfecte contra legem. At hoc de omnibus peccatis verum, Nam lex consistit in iubendo, aut prohibendo. Itaque, lex, & peccatum opponuntur tanquam affirmatio & negatio. Si lex iubet, tū peccatum locum tenet negationis. Et contra affirmationis, si lex prohibet: at affirmatio, & negatio, semper proprie & perfecte opponuntur, de eodem & ad idem, & secundum idem. Itaque, omne peccatum, perfecte, & proprie legi opponitur. Neq; contra sunt illa de mœchatione, & homicidio. Sunt enim ad illustrationem, non ad limitationem. Oecumenius: *τὸ δὲ μὲν καὶ οὐκ ἐστὶν ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλὰ ὡς τὸ δεύτερον, ἵνα μὴ φανερῶνται ὡς ἐπιπέλας, ἀλλὰ ὡς ἐπιπέλας, ἵνα μὴ φανερῶνται ὡς ἐπιπέλας.* Illud non mœchaberis, nō occides, exempli gratia dixit. Quis a. vnquam audiuit τὰ ἁπλοῦς μὲν restringere?

XIX. Sed loquitur de peccatis, quæ caritatem excludunt. At hoc rursus falsum. Nam sermo ei erat *ἀπὸ τῆς ἀγάπης πρὸς πλησίον*, quæ caritatem non excluderat, sed minuebat. At Augustinus & Beda. Respondeo, primo Augustinum, & Bedam discedere a mente Apostoli: quum dicunt causam esse, quia lex refertur ad caritatem. Nam Apostolus dicitur causam notauit: quia omnium mandatorum sit vnus idemq; autor Deus: ut obseruauit Caietanus: *Guillaudus etiam Qui in vno offendit, factus est omnium reus: id est, vniuersæ legis autorem offendit. Id est, quod dicit in textu: Qui dixit, id est, qui præcepit, Non mœchaberis, is dixit, Non occides.* Secundo, quicquid dicant, nihil illi Bellarmini causam iuuat. Nam Augustinus primo non dixit intelligi offensionem, quæ caritatem excludat: sed quum quis facit contra caritatem. Non est autem necesse, ut quicquid sit contra caritatem, eandem excludat: potest enim tantum minuire: ut qui pauperem inferiori loco, diuitem superiori locat. Non enim illum necesse est odisse pauperem, sed tantum minus amare. Præterea diserte Augustinus pronunciat omne peccatum esse contra caritatem. Epist. 29. *An forte, quia plenitudo legis caritas est, quæ Deus proximusq; diligitur, in quibus præceptis caritas, tota lex pendet, & Prophetæ merito sit reus omnium, qui contra illam facit, in qua pendet omnia? Nemo autem peccat, nisi aduersus illam faciendo. Quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in eo quod diligis proximum tuum tanquam te ipsum.* Certe si nemo peccat, nisi aduersus caritatem faciendo: ergo omnia peccata sunt contra caritatem. Et si quæcunq; sunt contra caritatem, eadem mortalia. Ergo omnia mortalia.

XX. Tertium argumentum ex Matth. 5. *Amen, Amen dico vobis, vsquequid præterierit cælum & terram, iota vnum, aut vnus apex nequaquam præterierit ex lege vsq; dum omnia facta fuerint. Quisquis igitur soluerit vnum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Ergo minimum peccatum excludit à beatitudine æterna.

XXI. Bellarminus valde torquet se. Primo, illa, *soluerit & docuerit*, non separate, sed coniuncte sumenda, ut ille intelligatur qui non tantum soluerit, sed etiam docuerit soluere. Atq; id esse re vera maximum peccatum. Sic autem interpretari Hieronymum: item Augustinum lib. 1. de Sermone Domini in monte c. 17. Secundo, si separentur, per mandata minima intelligi mandata legis veteris, *non occides, non mœchaberis*, de quib. erat paulo ante dictum, *Non veni legem soluere, sed implere.* Sic intelligere August. c. 18. lib. 1. de sermone Domini in monte. Dicit a. minima, non quia peccatum minimum

aut leue committant qui ea præuaricantur: sed quia minus perficiant hominem, quam quæ Christus explicando, & perficiendo addidit. Tertio, si intelligantur minima, ea quæ Christus adiecit, cum Chryostomo, & Theophylacto: ita Christum esse loquentem, vel ut modeste de reb. suis loqueretur: vel quia minus peccatum est concupiscere, quam re ipsa mœchari.

XXII. Sed primo hæc non attingunt scopum. Ita enim interpretatur, quasi Christus omnia peccata appellarit minima. Quod non est ita: neq; potest ferri. Sensus est potius, quem & Hieronymus obseruauit: si quis soluerit vnum ex his mandatis, vel minimum, quæ phrasia apud Matthæum alias occurrit 25. *Quatenus fecistis vni ex istis fratrib. meis minimis.* Et iterum *Quatenus id non fecistis vni ex istis minimis.* Decimo, *Quicumq; potum dederit vni ex his paruis.* Itaque gradus facit inter mandata, ac minimum sumit. Cyprianus Epist. 63. post hunc ipsum recitatum locum, *Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere, quanto magis, tam magna, tam grandia?* Et Hilarius Can. 4. *Ne minima quidem mandatorum Dei, nisi cum piaculo Dei, constituit esse soluenda.* Franciscus Lucas, *Parua nimirum, adeo ut aut aciem fugerint oculorum eorum qui legem legerunt, aut si visa, neglecta fuerint, quod nulla culpa censetur eorum transgressio.* Nā quod vulgo aliter intelligunt, mihi certe nō placet. Ratio, quia paulo ante dictum non soluendum vnū iota, vnumue apicem legem, vnde constat legis partes inter se comparari. At si omnes minimæ dicantur, hæc comparatio non consistit. Itaque alio diuertunt quibus ea est sententia. Alij minimis, id est, inquit, quæ a Phariseis minima censentur. Alij mandata legis veteris, comparant mandatis legis nouæ, alij contra mandata legis nouæ, mandatis legis veteris. Quæ omnia discedunt à præcedentibus, & distrahunt vnus contextus membra: non commode. Itaque secunda & tertia solutio nihil ad rem, nihil ad nos.

XXIII. Prima videtur plus habere momenti: ut significetur is qui non tantum transgressus sit, sed etiam transgredi alios docuerit: possunt enim eum sensum ea verba efficere. Sed & alterum posse, non diffidet Bellarminus: ut sit, & qui soluerit, & qui ita docuerit: atq; adeo hic facilius, & vltior, quod nemo ignorat. Quinetiam, nemo facile sibi persuadeat, nihil Christum interminatum esse peccantibus simpliciter, nisi etiam doceant. Imo postea quū ad singula mandata deuentum est, docentium prorsus nulla sit mentio: sed tantum transgredientium.

XXIV. Adde, Papistas, quum de peccatorum inæqualitate loquuntur, non tantum venialia genere separare a mortalibus: sed etiam in eodem genere alia mortalia dicere, alia venialia. Nimirum, docentes vnum idemque mandatum violari posse & venialiter, & mortaliter. Venialiter, ex defectu materiæ. Defectum a. materiæ appellant exiguitatem rei, in qua peccatur. At hic exiguitas materiæ supponitur, non tantum in soluendo: sed etiam in docendo. Si igitur in soluendo gradus sunt peccatorum propter exiguitatem materiæ: cur non & in docendo? Itaque, saltem minus esset puniendus, qui docet minimum soluere, quam qui maximum. Et tamen illum Christus docet futurum minimum. Quid quæso futurum, qui maximum? Nam infra minimum nihil est. Quare hoc saltem falsum erit: exiguitatem materiæ efficere peccatum veniale.

XXV. Rursus inter mandata: leguntur non tantum Fatue: sed etiā Racha imo etiam Irasci: quibus respondent gehēna, Concilium, iudiciū. Ex quib. gradibus, duos, nempe irasci, & Racha, tenues esse Papistæ contendunt, & Veniales, qui non excludant à regno cælorum. At Christus pronunciat eū, qui ista mandata soluerit, futurum minimum in regno cælorum: hoc est, inquit, Theohyl. *ἐν τῇ ἀναστάσει ἰσχυρῶς, in resurrectione postremus: & ἀπὸ τῆς ἀνάστασης, ἡ δὲ ἐκ τῆς βασιλείας τῶν ἁγίων ἐστὶν ἀναστασία, Et prociectus in gehennam: non enim ingredietur regnum cælorum.* Franciscus Lucas. *Minimus vocabitur: vltimus habebitur, vltimus, id est, nullus erit, nullus fiet, nullo erit loco, indignus erit qui admittatur, eijcietur deniq; ut legis Dei, quam nunquam transiit Deus, immutabilem, atq; æternam statuit, aduersarius.* Maldonatus, *Nec erit nullo loco, quia & ipse resurget, & iudicabitur, sed erit vltimo, quia eijcietur in tenebras exteriores. Scilicet indignus qui eo admittatur, quasi dicat, non erit inter eos, qui omnes magni sunt.* Quod si hæc nō sunt venialia, ne alia quidem vlla: non enim in alijs maior ratio, quam in istis. Hic Bellarminus, negat esse mandata, sed mandati gradus. Imo inquam, si est gradus mandati: est igitur saltem iota, saltem apex: at hoc ipsum significatur minimis mandatis. Itaque, hi ipsi gradus hæc pœna sanciantur à Christo.

XXVI. Hactenus Bellarm. respondit: At abbreviator Bellarmini, Baptista, in locum omisa tertiæ responsionis Bellarminianæ, hanc substituit: *Salu meliori iudicio, minimum fortasse dici in regno cælorum, non exclusum à gloria: sed qui minimum gradum gloriæ habeat.* Probat quinq; argumentis. Primo, quia obseruans mandata, magnus dicitur in regno cælorum, non ob quælibet gradum gloriæ adeptum, alioqui omnes essent in gloria æque magni, sed propter quendam eximum gradum. Ergo neq; aliquis dicitur minimus in gloria, ob quæcunq; gradum gloriæ amissum, sed ob minimum adeptum. Secundo: quia esse magnum in regno cælorum, nō est esse supra regnum cælorum, sed intra: Ergo esse minimum in regno cælorum, non erit esse infra, & quum proportionaliter loquatur Christus, esse minimum in regno cælorum, erit esse intra. Tertio: quia ex eo sensu nulla sequitur absurditas. Sunt a. voces in Scripturis accipiendæ, ut sonant, & proprietate, & vsu: nisi aliqua sequatur absurditas. Quarto, quod inter peccata, numeratur Racha: quod constat esse veniale. Quinto, quod verisimile sit Dominum loqui generaliter de omnib. mandatis Dei. Ac certe si quis doceat aliquid non esse veniale peccatum, quod tamen tale est, non est credibile, propterea damnari.

XXVII. Sed regnum cælorum non vno semper sensu vsurpatur. Itaque sunt qui hoc loco interpretantur Ecclesiam militantem, ut Lyranus. Imo & ante eum August. de Ciuitate Dei lib. 20. c. 9. *Item dicit, Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui a. fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum. Vtrumq; dicit in regno cælorum, & qui non facit mandata quæ docet, hoc est n. soluere, nō seruare, non facere, & illi qui facit, & sic docet, sed istum minimum, illum magnum. Et continuo secutus adiungit. Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra super Scribarum & Phariseorum, id est supra iustitiā eorum, qui solunt, quod docent. De Scribis enim & Phariseis dicit alio loco, quoniam dicunt, & non faciunt. Nisi ergo super eos abundauerit iustitia vestra, id est, ut vos non soluatis, sed faciatis potius quod docetis, non intrabitis, inquit, in regnum*

illa magna, & lethalia, neminem mittere in Purgatorium, sed recta ad infero nisi iam remissa sunt: si tamen sibi constet Papistæ Sed & prior sensus nō minus ridiculus. Præparant, in quâ, ad mortale. Ita ne? At multa aqua paula im subrepens non præparat nauim vno ingenti fluctu mergendam, sed ipsi, potius mergit. Tum autem illud, multa leuia, ita grauiant, & opprimunt, sicut vnum aliquod grande, qua arte verti potest, in hoc præparabunt nos ad vnum grande, quo mergamur? Hocine vero est patres interpretari? an potius. Sed taceo: nihil enim occurrit.

XII. Rursus Augustinus lib. 2. de peccatorum Meritis, & Remissione, c. 3. Describo totum caput, propter Bellarmini sophismata, Acute sibi videntur dicere, quasi nostrum hoc vultus ignoret, quod si nolimus, non peccamus, ne præcipere Deo homini, quod esset humana impossibile voluntati. Sed hoc non videt, quod ad nōnulla superanda, vel q̄ male cupiuntur vel q̄ male metuentur, magis aliquando, & totis viribus, opus est voluntatis, quas nos nō perfecte in omnib. adhibi-turos puidit, qui per Prophetâ veridice dici voluit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tales itaque nos Dominus futuros prouidens, quadam salubria remedia contraxerunt, & vincula peccatorum post baptismum dare, ac valere dignatus est, opera scilicet misericordie, cum ait, Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Quis enim, quum aliqua spe adipiscenda salutis æternæ de hac vita migraret, manente illa sententia, quod quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, nisi post paululum sequeretur: Sic loquimini, & sic facite, tanquam per legem libertatis incipientes iudicari: iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio. Hac sane Augustini manifesto significant quolibet peccata mereri æternam pœnam, nisi subueniat misericordia. Eique loco similis est ex Epist. 29. Quum Rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castitē se habere cor: aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Quis igitur spes est, nisi superexultet misericordia iudicium? Adde ex vltimo c. 9. Confessionem, Quamquam illa matrem suam Monicam intelligit in Christo viuificata, etiam nondum carne soluta, sic vixerit, ut laudetur nomen tuum in fide, moribusque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per Baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra præceptum tuum. Et dictum est à Veritate, Filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus eris gehennæ ignis. Et vs, etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus, aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ.

XIII. Bellarminus ad primum respondet: Primo, quodlibet crimen, id est, mortale peccatum sufficere ad æternam hominis perditionem, nemine autem certo scire, habeatne, vel non eiusmodi crimen. Ideoque neminem cum spe salutis de hac vita migraturum, nisi misericordiam à Deo speraret. Secundo, multa venialia disponere ad mortale: ideoque, nisi prouideret Deus remedia quotidiana, neminem decessurum cum spe salutis. Ad secundum, & tertium, loqui Augustinum de pœna Purgatorij, quam vix vlli, nisi ex magna Dei misericordia euadant. Probat, quia pro matre sua orat: et pro damnatis, orari non debet. Itaque va illud refertur ad pœnas Purgatorij, quæ sunt longe grauissimæ.

XIV. Sed enim ista redolent arrificium Iesuiticum in torquendis quibuscumque locis ad suum sensum. In primo, falsum loqui Augustinum de criminibus, d est, magnis peccatis. Probo, primo, quia de iis loquitur quæ fiunt ex defectu virium perfectæ voluntatis: Totis, inquit, viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibi-turos præuidit Deus. At hæc peccata Augustinus solet numerare inter quotidiana, & exigua. Papistæ etiam inter venialia. Secundo, quia ob eam causam dictum asserit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quod ipsum alibi docet dictum propter leuia, Epistola 29. & alibi. Rursus, falsum loqui de multis venialibus. Verum potius loqui de singulis leuib. patet ex sententia Iacobi, Quicumq̄, offenderit in vno. Epist. 29. Reus sit omnium, faciendo contra eam, in qua pendet omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipso quod admittit, sit quidem omnium reus: sed grauius peccans, vel in pluribus peccans, magis reus: leuius autē, vel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore, quanto minus peccauerit: tamen etiam si in vno offenderit, reus omnium est, qui contra eam facit, unde pendet omnia.

XV. In reliquis locis etiam falsum, agi de pœnis Purgatorij. Nam in Epistola 29. manifestum agi de æternis Nam hæc verba: Quis igitur spes est: ex vtu communi significant nullam spem esse. At in Purgatorio non est nulla spes: si vera dicunt, qui Purgatorium statuunt. Imo spes est, etiam si non superexultet misericordia iudicium. Quia si verum est leues culpas non mereri pœnam æternam, ne quidem Deo iudice, tum illud certum, etiam Deo seuerissime exigente iudicia sua, tamen saluum futurum, eum qui est in Pur-

gatorio. In Confessionibus autem, primo illud, Va, non solet vsurpari, nisi de extrema ac desperata miseria. Matth. c. 11. Va tibi Corazin, va tibi Bethsaida. Et 18. Va homini illi, per quem offendiculum euenit. Secundo, addidit Augustinus se vereri de matre, propterea quod dictum sit, Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis. At gehennæ ignis non significat Purgatorium. Atque hinc patet solutio sophismatis Bellarminiani, probantis agi de Purgatorio, quia preces concipiebantur pro Monica defuncta, non debeant autem concipi, pro damnatis. Nam, vt alias docebimus, precabantur olim Christiani pro defunctis, vt liberarentur à damnatione, & pœna æterna: non quod crederent in eam iam missos, sed quia expectari putabant vltimū iudicium atque eo vsque detineri animas, non plene purgatas. Sed, vt dixi, hæc de re nos alias.

XVI. Atque hi sunt omnes loci, quos è Patribus selegit Bellarminus, vt solueret. Adde iam alios. Athenagoras Apologia, π̄ φιλίας, ἢ π̄ μίσεως τῆ ἀγάπης, ὡς ἀπολογία εἰς τὴν ἡμετέραν τῆς αἰωνίας τῆς πικρῆς. Osculum si vel parum cogitatione inquinetur, alienat nos à vita æterna. Et post pauca, τὸ ἐν πνεύματι, ἢ ἐν φρονήσει μὴ ἐστὶν, ἡγάδον παρρησίας τοῦ Θεοῦ, τὸ ἵμερος ἐννοίας, ἢ ἐπιθυμίας ἐλθῆναι, ἢ πύριον. Gersonus vertit, Virginem, & illorum qui vltro Eunuchi sunt vita Deo magis conciliat: concupiscentia vero, & impurius cogitatio, quamuis non e-rumpens, abducit. Liberius, sed tamen expresso sensu. Nazianzenus Oratio-ne funebri in mortem patris, εἰς δάμαρ, ἢ ἀμαρτία, ἢ ἡμῶν ἢ ἑλπίς: Vna mors, peccatum est enim anima interitus. Idem oratione in illud, Quum consummasset Iesus hos sermones, ἦ ἀνα ἀμαρτίαν, δάμαρτος ἢ ψυχῆς. Omne peccatum est mors anima. Hilarius in Psal. 118. litera Gimel, Peccata opprobrio sunt digna, & ideo peccatores exsurgunt in opprobrium sempiternum. Quod autem peccata omnia opprobrio sint digna in Euangelis discamus: tum cum Dominus exprobra-re illis ciuitatibus cepit, in quibus plures virtutes eius effecta essent, nec penitusissent Corazin & Bethsaida. Sixtus tertius Episcopus Romanus, de Malis doctoribus, & Operibus fidei, demonstrandum suscipit, Non solum impietatis crimen, verum, & quæ minima videntur esse delicta, noui etiam testamenti de-finitionibus condemnari. Tum ita disputat, Quod ergo minimum putamus esse peccatum? Credo illud, quod dum pro sua paruitatis despectione contemnitur, per negligentia vitium à nobis sapius exercetur. Quod tamen illud est? Ego aliud, quod aut leuius iudicemus, aut crebrius incurramus, non inuenio, quam aut otio-sum sermonem dicere, aut fratrem quemlibet fatuum vocitare. Hæc namq̄, satis modica, & exigua videntur esse delicta. Nunc ergo cuiusmodi supplicio censeantur, attentius consideremus, vt ex inferiorum meritis, quæ ampliorum sit mensura, no-scamus. Dicam nempe de illo, qui otiosi sermonis reus est: Pro omni sermone otioso quemcumque dixerit homo, reddet Deo rationem in die iudicij. Quæ extra iudicij examinationem culpa esse iam possit, penitus non inuenio, quandoquidem nec otiosi sermonis noxam inultam fore perscribitur. De illo autem, qui fratri suo stultitia conuictū exprobrauerit, quid censeat audiamus. Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehennæ ignis. Si igitur gehennæ ignis reus erit, qui fratri suo fatuum sit loquutus, quod peccatum sit, quod extra gehennam esse possit legitis arbitrio derelinquo. Ego in-terim ex minimis maiora perpendo, & ex paruis ampliora conijcio, & nullam im-pudentiam culpam fore existimo, quando quæ leuiora existimantur, inulta repe-riuntur. Hæc tenus Sixtus. Theodorus Abucara de quinque inimicis π̄νεύματος ἢ ἀμαρτίας, καὶ ἡ τυχῶσα, δάμαρτος ἐπιφύετος, Omne peccatum, etiam minimum, mortem infert.

XVII. Gerson non dixit obiter, sed disputauit ex professo in opusculo de Vita spiritali animæ lect. 1. Omne peccatum, pro quanto est offensa Dei, & contra legem eius æternam, est de sua conditione & indignitate mortiferum secun-dum rigorem iustitiæ, & à vita gloriæ separatiuum. Ratio est, quia omnis offensa in Deum potest iuste à iusto iudice puniri pœna mortis, tam temporalis quam æ-terna: imo annihilationis pœna. Est igitur de se mortifera: Assumptum deducitur ex hoc, quod nulla pœna talis est ita mala, quantum mala est ipsa offensa. Et ex alio: quod potius toleranda esset omnis mors pœnalis, & annihilatio, quam com-mittenda esset quantumlibet parua offensa in Deum. Da oppositum, iam offensa Dei, licite fieri deberet in casu. Præterea qualibet offensa Dei nisi remitteretur, re-pelleret à gloria Dei perpetuo, & absque termino puniretur: alioquin maneret de-decus culpa sine decore iustitiæ: quod autem offensa dimittitur seu remittitur, est ex pura liberalitate Dei remittentis, & non amplius imputantis. Paulo post, Ex radicibus argumentorum videtur esse sufficienter deducendum, quod omnis offensa Dei est mortifera ex sui conditione, & in dignitate. Inde corollarium primum, Nulla offensa Dei est venialis de se, nisi tantummodo per respectum ad diuinam misericordiam, quæ non vult de facto quamlibet offensam imputare ad mortem, cum illud posset iustissime. Et ita concluditur, quod peccatum mortale, & veniale in esse tali non distinguuntur intrinsece, & essentialiter, sed solum per respec-tum ad diuinam gratiam, quæ peccatum istud imputat ad pœnam mortis & aliud non.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER SEPTIMVS. De PRÆDESTINATIONE.

Caput Primum.

DE PRÆDESTINATIONE.



ACTENVS de Hominis corruptione Reparatio, est eiusdem à misera vindicatio, & restitutio in meliorem statum: quo vocabulo vsus est Petrus Act. 3. vsque ad tempora ἀποκαταστάσεως, restauratiōnis, siue restitutiōnis omnium. Sed vt videtur latius, quam vt peculiari-ter assignetur hominibus.

II. Itaque magis proprie, quæ hominum resta-

ratio est, dicitur Salus. 1. Petr. 1. Reportantes finem fidei vestra, σωτηρίαν ψυ-χῶν, salutem animarum. Ad Hebræos cap. 1. Propter eos qui possessuri sunt salu-tem. Quinto, Factus est causa salutis æternæ. Vocatur etiam Redemptio. Luc. 1. Et fecit redemptionem, ἰσχύος λύτρωσις, populo suo. Ad Roman. 8. ἀπολύτρω-σις τοῦ σώματος ἢ ἡμῶν, redemptionem corporis nostri. Item Adoptio, siue Adop-tatio in filios. Ad Galat. 4. Vt adoptionem ἡμεῶν, acciperemus. Ad Eph. 1. Prædestinauit in adoptionem filiorum.

III. In